3.

AE

OMAEO


MARQUÉS DE SAN JUAN
DE PIEDRAS ALBAS
EX LIBRIS

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

[illegible]

# ANTUERPIEN.

[illegible] ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

# Sor. ANNAE A S. BARTHOLOMAEO

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM DISCALCEATORUM

---

## Positio
## Super Miraculis

---

ROMAE

[illegible]

[illegible]

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

Emo ac Rmo Domino

CARDINALI HIERONYMO MARIA GOTTI

RELATORE

# ANTUERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

# SOR. ANNAE A S. BARTHOLOMÆO

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM DISCALCEATORUM

## Positio
## Super Miraculis

ROMAE.

TYPIS GUERRA ET MIRRI

1911.

# ANTUERPIEN.

## BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

# SOR. ANNAE A S. BARTHOLOMAEO

MONIALIS PROFESSAE

## ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM

# INFORMATIO

## SUPER DUBIO

*An et de quibus miraculis constet in casu, et ad effectum de quo agitur?*

*BEATISSIME PATER*

1. Quemadmodum emicans e quibusdam sideribus lux nonnisi post diutinum tempus inferiorem hunc, quem incolimus, mundum collustrat, ita fere Sanctorum cum Christo regnantium gloria serius aliquando, ex tributis iisdem publici cultus honoribus, Ecclesiam amplius usque nobilitat. Nonnunquam enim susceptae diu post eorum obitum Causae, nonnumquam variis casibus, ut in humanis fieri solet, intermissae, tantum saecularia emensae spatia eos ad altarium honores evexerunt. Quod quidem cum ex Divinae Providentiae consilio proficiscatur, ita

illud, quod sit hominibus impervium, suspicere oportet ac demisse venerari. Quamobrem similibus nec paucis edocti exemplis, minime mirabimur quod probatis anno 1735 heroicis virtutibus Ven. Annae a S. Bartholomaeo, nunc primum quaestio de miraculis ad Beatificationem proponatur.

2. Fuit haec insigne Carmeliticae Reformationis decus, et Theresiae Matris Legiferae dilectissima atque indivisa socia quae constitutis sui Ordinis per Europam, maxime vero in Gallia et in Hollandia, asceteriis, illum mire propagavit aluitque suarum virtutum exemplo. An caelestia charismata recenseam quibus Divina bonitas eam ditavit? unum praeterire non possum, nempe supernaturalem odorem qui ex brachio ejus dextero cui Theresia moriens incubuerat, assidue efflavit. Plurimis exantlatis laboribus pro suae Religionis incrementis, cum tandem Antuerpiam sacram familiae suae coloniam deduxisset, in condito Asceterio Antistita postremam vitam exegit, ex quo anno 1626 die septima Januarii ad coelum evolavit.

3. Ab ipsa Galliarum Regina Maria Medicea, quae Dei Famulam ex Hispania in Galliam evocaverat ut in ea regione Carmelitica asceteria institueret; quae (uti ex altero miraculo patet) adeo sibi salutarem opem illius fuerat experta, Causa ejus Beatificationis inita est impenseque promota, quo ex facto haud improbabilem rationem datur haurire quod tanto orbata praesidio lentiore deinde gradu incesserit.

4. Illa vero ex Processibus miracula deprompta sunt et opportuno Periti viri judicio communita in quibus subitum perfectae sanationis opus supernaturale iisdem veluti impressum sigillum tutissime patefacit. Primum ex peculiari Processu condito Antuerpiae cujus validitatis probatae anno 1909 Decretum in Summarium relatum est, alterum vero ex Processu super virtutibus et miraculis in specie. Ad utrumque nunc miraculum demonstrandum devenimus.

# MIRACULUM PRIMUM

INSTANTANEAE PERFECTAEQUE SANATIONIS

## P. LEOPOLDI A S. JOANNE BAPTISTA

ORD. CARMEL. EXCALC.

A SUBACUTA MENINGITE SUPPURATIVA

PARTA AB OTITE, CUM SUBITA VIRIUM RECUPERATIONE.

5. Acerbissimi sui morbi quo fere ad vitae exitum deductus est, initia praegressasque vices sanatus fuse describit, quod idem tum medicus qui a curatione fuit, tum alii de visu testes religiosi viri scienter praestiterunt. Ex eorumdem concordi testimonio morbi historiam quam hic breviter subnectimus, vir Peritus retexuit ac dilucide expressit. P. Leopoldus a S. Joanne Baptista cum annum ageret vigesimum quintum et in Antuerpiensi suo coenobio versaretur, aperta nocte quadam anno 1730 per hyemem sui cubiculi fenestra, frigido afflatus aere in aegritudinem incidit quam perpensis symptomatibus, vir Peritus ad *influentiae* morbum deputandam esse censet. Sed illa, idoneis adhibitis remediis, aliquot dierum spatio depulsa, haud ita tamen perfectae sanitati redditus aeger visus est. Nam dolor capitis qui acerrimus ingruerat, licet aliquantulum cessisset, non tamen omnino desiit, imo graviori cuidam malo locum dedit, qui intimas capitis partes, nempe auriculae sinistrae meatus, pessime affectas demonstravit. Coepit enim ex eadem pus sanguine mixtum effluere, qui fluxus plures menses persistens eo morbo laborare penitiorem aurem ostendit qui *otites* appellatur.

6. Ineunte mense Septembri anno 1731 fluxus ille exaruit, sed tunc aeger adeo vehementibus ca-

pitis doloribus torqueri coepit ut somni quietisque impos diu noctuque per coenobium veluti amens discurreret, atque in pervigilio diei festi S. Michaelis e sui potestate abreptus in delirium incideret, a quo nonnisi post solidum diem et per vehementia remedia revocari potuit. Tum febris quoque urentissima irruit in aegrum qui et frequentissimis evomitionibus ita coepit laborare, ut quidquid stomacho ingereret statim ejiceret, et vix aliquid tenuis jusculi retineret. Adeo autem gravis visus est medicis morbi incursus, ut metuentes ne perpetui delirii causa impos fieret extremis sacramentis recipiendis, vix paulisper ad se reversum aegrotum curaverint Sacro Viatico muniri. Ardenti vero febri, vomitu, deliriis, deliquiis, vehementissimoque capitis dolore numquam cessantibus ad tantam virium defectionem devenit ut morti proximus videretur, adeoque de consilio medicorum extremo abeuntium oleo illinitus fuit.

7. Dum florenti aetate juvenis cum morte luctabatur et omnem opem adhiberent medici ut aegrum ex ejus faucibus eriperent, aliquantulum defervescere visa est morbi vis ita ut aeger die festo SS. Apostolorum Simonis et Judae ad S. Synaxim sumendam in templum descenderit. At vero statim patuit quam fallax et tantum specie tenus ea morbi remissio fuerit. Sequuto enim die symptomata omnia quae antea fuerant vehementius irruerunt, quibus brevi ad tantam virium collapsionem redactus est, ut in lecto decumbens cujuscumque motus impos, siquid agere aut in aliam partem sese vellet convertere, nonnisi aliorum subsidio id posset perficere.

8. A medicis depositus, cum nihil adhibita remedia proficerent; confessarii sui consilio ad Ven. Annae implorandam opem sese convertit et novemdiales preces ad eam instituit quas triduo prosecutus est, intermisitque postea ob deliriorum persistentiam et ferociam. Haec vero eo usque saevierunt ut prae metu ne ab iis vel aegroto ipsi vel adsistentibus

aliquid funestius accideret, necessarium visum fuerit Superioribus eumdem pluribus ac complicatis vinculis, adcitis duobus fratribus Alexianis ad hoc perficiendum opus peritis, in lecto alligari ita, ut unum medium corpus cohiberet, duo brachia, duo pedes irremovibiliter continerent ad relativas lecti partes adstrictos.

9. Miserrima hominis conditio quem non movisset? Dum itaque sic jacet undique comprehensus ac colligatus, viribus confectus ac intensissimo capitis dolore excruciatus, desperatam ab omni humano auxilio conditionem suam consideravit nullumque aliud sibi nisi in coelesti ope praesto futurum auxilium. Ecce autem dum ista mente revolvit, subit illi memoria intermissarum precum ad Ven. Annam; cuius rei dolore tactus factam promissionem in votum convertit, si sanitati redderetur, se novemdiales preces absoluturum et Ven. Servae Dei sepulchrum visitaturum fore.

10. Concepto vix voto visus sibi parumper animo abalienari, non ita tamen ut sui potestatem omnino amitteret. En illico ad se reversus liberum se ab omnibus vinculis conspicit, liberum ab aegritudine omni. Illaesa erant et nodata vincula e quibus erat elapsus, sanum se esse sentiebat qui antea pene in vitae cum morte confinio jacebat, dolores omnes abierant, redierantque integrae vires. Tanta tunc commotio coepit sanati animum ob miraculi magnitudinem, ut in Dei laudem ad gratias agendas effusus multa ex selectioribus psalmorum locis quibus beneficentissima Dei manus extollitur, alta voce ex intimo corde profecta pronuntiaverit.

11. Nox erat concubia caeterique religiosi sodales sopori indulgebant: unus tantum, sed extra aegroti cubiculum, erat vigil cui ejusdem per eam noctem cura fuerat commissa. Hunc ad sese, excusso tintinnabulo, advocat, ab eoque petit ut Fr. Tiburtium a S. Nicolao, quem alloqui cuperet, ad

se perducat. Accedit ille et universam facti seriem a sanato mirabundus et attonitus audit. Cum vero hic alios sodales vellet expergiscere, sanatus monet ne id agat, jam secum habere constitutum quid facto opus esset : adfuturum nempe se communi cum aliis orationi hora quinta peragendae, ut omnes simul tantum miraculum perspicerent. Caeteram noctem, designatam horam expectans quietis incapax traducit.

12. Dum vero aures identidem intendit ad sonitum, eo deceptus horam antevertit et vix quarta tinnierat, e lecto prosilit, vestibus sese celerrime induit et ad chorum descendit. Extincta ibi videns lumina, nullumque adhuc apparatum, integram horam orando et Deo gratias agendo exegit, deinde locum suum occupavit. Ecce autem religiosi fratres adveniunt, advenit cum illis et Praeses: eo conspecto metus omnes occupat existimantes delirio captum suetisque furiis e vinculis elapsum illuc venisse. Ad illum itaque accedit Praeses jubetque in cubiculum suum sese recipere. Modeste reponit sanatus jam optime sese habere : credere alter renuit et obedientiae praeceptum imponit. Paret ille statim et cum dato comite ad suam cellam revertitur.

13. Absoluta oratione omnes eum conveniunt ut quidnam rei fuerit, addiscant. Tum vero miraculum cunctis obstupescentibus patuit, cum sanatum conspicerent integra mente, integrisque viribus pollentem atque oculis suis intuerentur illaesa ac nodata vincula e quibus exsilierat.

14. Hic tamen monitos velim AA. PP. de hac a multiplicibus vinculis expeditione fuse testes in Actis auditos enarravisse, quam absolute prodigiosam ipsi qui rei interfuerant et vincula ipsa vel injecerant vel examinaverant, jurejurando interposito, (et fide dignissimi sunt) fuisse tradunt. Quare et in Summario, sive ob continentiam sermonis, sive ne inopportune testimonia scinderentur, abunde de ea-

dem relatum est ut etiam AA. PP. de admirabili hac sanationis circumstantia edocerentur. Attamen cum ipsa nihil commune habeat cum sanatione a morbo de quo in lemmate definitio traditur, satis habemus eamdem hic innuisse, et plura cupientes ad Summarium delegamus.

15. Audita fama miraculi quae statim civitatem pervasit, accurrit ad coenobium medicus, accurrere etiam Alexiani illi sodales qui, utpote in negotio illo conficiendo expertissimi, ad aegrotum vinculis innectendum pridie fuerant advocati, omnesque attoniti haesere ad tantam miraculi evidentiam. Sanatus vero reintegratas omnes perfectissime vires statim probavit pluries et copiose, imo et avide, uti testes inquiunt, sese vescendo, qui sequuto die coenobio egressus, uti erat voti reus, templum monialium excalceatarum adiit, et actis Ven. Annae gratiis, ibi sacris operatus est; quibus absolutis Episcopum convenit, eique quae in se Deus operatus esset mirabilia enarravit, ac deinde in coenobium post horam duodecimam, jejunus, sed firmis viribus reversus, cum caeteris ad prandium assedit. Sinamus itaque illum qui optime valet, strenue fungi illo naturali munere, et ad praegressi morbi indolem et gravitatem expendendam sermonem convertamus.

## DE PRIMO MIRACULI EXTREMO

SEU

## DE MORBI NATURA ET GRAVITATE

16. Ejus morbi historiam quam modo breviter conteximus jam satis indicasse legentibus existimo successionem symptomatum quae solidum annum 1730-1731 aegrotum divexarunt. Haud ita tamen sollicitant morbosa illa phaenomena quibus mense Novembri anno 1730 P. Leopoldus ex gelido nocturno aere sese obnoxium fuisse tradit quae, idonea adhibita curatione, brevi evanuere. E contra maxime advertendum est ad capitis dolorem qui gravissimus initio, sensim diminutus est ex eo tempore quo copiosus puris et sanguinis effluxus ex sinistra aure apparuit, perstititque usque ad mensem Septembrem anni 1731.

17. Intimam auris compaginem eo affectam morbo qui *otites* aut *otorrea* nuncupatur, in comperto ponit effluxus ille. Hic quidem decem fere menses cum perdurasset, neque valida (si tamen aderat) curatione oppugnatus, purulenta sua elementa ad intimiores partes et ad cerebrum ipsum ita propagavit ut *meningum*, seu tegumenti illius quod convexas cerebri partes involvit, phlogosim pepererit. Haec enim est via, haec maxime origo ejus imflammationis, quae raro admodum invenitur primario orta, saepissime vero ab alio morboso processu genita : hunc autem in *otite* constitui Scriptorum de re medica certissima est sententia : « La meningite acuta genuina, idiopatica, non « è molto comune ; quando si sono eliminati tutti i « casi in cui l' infiammazione delle meningi è la con- « seguenza di traumatismi o di *otiti*, nonchè quelli « che risultano dalla meningite cerebro spinale epi- « demica, il campo della meningite acuta si trova

« singolarmente ristretto (1). » Ipsa itaque, uti a *Jaccoud* docemur: « sopraggiunge per *propagazione* « e per contiguità in seguito a traumatismo cefa- « lico . . . . *nel corso dell' otitide* (2) » quod et unanimi voce significant traduntque coeteri auctores quos Vir peritus in suo Suffragio describit.

18. Ille itaque effluxus sanguineo-purulentus desiit, sanato ipso testante, ineunte mense Septembri anno 1731; ast tunc « denuo incepit laborare priore « capitis dolore qui in dies ingravescebat, mixta « lenta febri (3). » Adhibita remedia nihil dolorem illum leniebant, qui interea adeo vehementer aegrum torquere coepit ut hic veluti amens per coenobium diu noctuque ferretur, eoque devenit ut die vigesima octava ejus mensis prae illius doloris acerbitate sensuum potestate amissa, in deliquium inciderit, nec, nisi post horas vigintiquinque ad semetipsum reversus fuerit. Adeo vero tunc morti proximus visus est ut sacro Viatico, de medicorum sententia, uti diximus, munitus fuerit.

19. Ejus autem morbi praecipua symptomata recensent Auctores « la *febbre:* la *cefalalgia:* i *vomiti* e il *delirio* (4) » quorum complexio certissimam facit morbi naturam. De capitis dolore vero qui cum deliriis, uti mox videbimus, in tota morbi evolutione maxime eminuit, haec ab iisdem auctoribus habemus: « la celafalgia per la sua costanza e per la spa- « ventevole intensità, costituisce uno de' sintomi più « caratteristici della meningite acuta. Il dolore « presenta d' ordinario la sua massima intensità

(1) *Lavevan et Tessier* Nuovi elementi di patologia e clinica medica. Vol. I pag. 835.

(2) Trattato di Patologia interna Vol. I pag. 239.

(3) Summ. pag. 20 §§ 37

(4) *Laveran et Tessier* Vol. cit. pag. 735.

« nella regione frontale, agli infermi sembra che « la testa stia per scoppiare, oppure provano una « sensazione di constrizione e dolori lancinanti che « strappano loro grida e gemiti (1) ». Hoc autem symptoma una cum febri directe ab ipsa meningum affectione oritur, dum caetera ex excitata ab eadem nervorum compagine, idest ex *via*, uti inquiunt, *reflexa*, derivantur.

20. De febri jam aliquid ex sanati testimonio tetigimus: illa vero nunquam ex eo tempore aegrum dereliquit sed usque gravior effecta « in dies » uti medicus testatur, « incrementum sumpsit. » Neque hic stetere acerbissimi morbi manifestationes: nam, uti pronum erat, et vomitus est additus, ita ut aegri stomacus nihil solidum retineret et vix aliquid jusculi posset excipere, Accessere et deliria crebra atque atrocissima quae aegrotum e sua potestate abripiebant. Quae omnia uti a testibus graphice describuntur, ita Peritus fuse in suo Suffragio *pag. 6-10* diligenter prosecutus, ne iis diutius immoremur, effecit. Satis igitur sit eorumdem synthesim uti ab eodem exhibetur, huc referre: « Dalle quali deposizioni risulta che il dolor di capo una volta comparso andette rapidamente e progressivamente crescendo di intensità fino a privare del sonno l' infermo, e ad obbligarlo a correre di notte sú e « giù per il convento: crebbe altresì di intensità « la febbre assumendo un tipo continuo con esacer- « bazioni e remissioni, e più tardi si aggiunsero ac- « cessi di delirio sempre più intensi, deliquî con per- « dita della coscienza, e vomito ostinato, sicchè l' in- « fermo non fu più in grado di trattenere alcun « cibo solido. Lo stato del religioso si ridusse in « breve talmente grave che il giorno 27 Set-

(1) Loc. cit. pag. 736.

« tembre si credette opportuno somministrargli il « Viatico, il giorno 8 del successivo mese di ottobre « l' estrema unzione ».

21. Depictum hic habent AA. PP. morbum quo P. Leopoldus duos fere menses laboravit, cujus causa fere ad mortis fauces adductus extremo morientium oleo die 8 Octobris illinitus est « in quo mortis pe« riculo asserit se permansisse per quinque vel sex « dies (quantum sua nunc fert memoria) praefato in« tolerabili capitis dolori, dictaeque febri modo acu« tiori modo remissiori et lentae, et frequentissimis « tam de die quam de nocte deliriorum symptoma« tibus, animi deliquiis ac stomachi evomitionibus « obnoxium (1) ».

22. At quoniam hoc in morbo « il decorso non « è sempre continuo: si possono osservare miglio« ramenti passaggieri *seguiti tosto da ricadute* (2) » id ad amussim in aegroto contigit qui post brevem morbi remissionem in graviores multo quam antea conditiones delapsus est. Narrat ipse, coeteris consentientibus (3), magnum accepisse levamen ex cataplasmate quodam (demus hanc illi vim) capiti suo applicito; inde et dolorem qui illi insedebat caeteraque symptomata deferbuisse, adeo ut die festo SS. Apostolorum Simonis et Iudae in templum descenderit et S. Synaxim sumpserit, quamvis prae virium inbecillitate minime ausus fuerit Sacris operari. Confestim tamen illud evenit quod erat metuendum utpote ex ipsius morbi natura. Nam sequuto die *(idest die 29 Octobris)* « denuo de repente corre« ptus fuit gravissimo capitis dolore vehementique « febris accessu, subsequentibus deliriorum ac deli« quiorum, nec non stomachi evomitionum sympto-

(1) Summ. pag. 12 § 9

(2) *Laveran et Tessier* pag. 737

(3) Vid. Vot. Periti pag. II et seqq.

« matibus, multo quam antea frequentioribus et gra-
« vioribus (1) ».

23. Tum vero (nisi identidem furibundis deliriis corriperetur) « prae continuis et intolerabilibus « capitis doloribus, animi deliquiis .... frequentissi- « mis stomachi evomitionibus continuataque febri « modo acutissima modo remissiore adeo debilita- « tus fuit et viribus destitutus, ut assidue lecto cu- « bare debuerit, ex quo et in quem aliorum auxilio « ferri et levari debebat, ita ut ipsam sacram sy- « naxim, dum ex devotione sumpsit, in lecto stra- « tus et nonnisi aegre tantillum erectus eam su- « mere debuerit (2) ».

24. Dixi, nisi identidem furibundis deliriis corriperetur. Narrant enim omnes testes, eum, dum ita viribus omnibus exhaustus jaceret, si delirium irrueret, tantas de repente vires exserere solitum ut vix a quatuor vel quinque sodalibus compesci ac contineri posset. Id esse e morbi natura docent auctores « il delirio è talvolta furibondo, accompagnato da « allucinazioni, da illusioni e da impulsi locomotori « che richiedono una repressione energica (*legami*, « *camicia di forza*) (3) ». Ad haec confugere sese coactum vidit coenobii Praeses, ut antea diximus, ne iis correptus aeger aut sibi aut aliis grave aliquod damnum inferret.

25. Postremam hanc longe graviorem morbi irruptionem testes abunde describunt, ex quibus unum vel alterum seligimus. Docet V testis: « de- « nuo in eadem reincidit, moxque jam tum ex prae- « cedente infirmitate oppido debilitatus, tam ex prae- « cedentium deliriorum agitatione, quam ex copiosa « sanguinis exhaustione longe majorem debilitatem « contraxit, suisque viribus eo usque deficere cae- « pit, ut sese ipsum non amplius e lecto erigere « posset, et ex eo levandus et in eumdem referen-

(1) Summ. pag. 13 § 11
(2) Summ. pag. 15 § 23.
(3) Jaccoud. pag. 242.

« dus aliorum brachiis portari deberet, cujus depo-
« nens se ipsum ocularem testem affirmat . . . .
« addens hujusmodi corporis debilitati accessisse in-
« super extremam debilitatem stomachi ne jusculum
« quidem vel quodcumque aliud levissimum condi-
« mentum amplius ferentis, sed mox rejicientis et
« evomentis quaecumque ex consilio medicorum in-
« trosumere debebat (1) ». Quapropter postremis diebus ab omni curatione, ab omnibus remediis destitutum est, nam febri, deliriis, deliquiis, vomitibus aliisque symptomatibus usque saevientibus « ita » testante medico « exhauriebatur praefatus infirmus,
« ut deponens absolute judicaret eumdem eo usque
« viribus suis destitutum ut, naturaliter loquendo, in
« simili statu ultra tres quatuorve dies vitam protra-
« here nullatenus posset (2) ». Alibi vero confirmat nullam a remediis amplius utilitatem expectari potuisse, quia « aliqua ex praedictis remediis tunc ob vi-
« rium debilitatem applicari non potuerunt, alia vero
« nullum amplius levamen attulerunt ita, ut deponens
« tandem curam dicti Patris Leopoldi, naturaliter
« loquendo, desperatam judicaverit, eo videlicet fun-
« damento quod, ingravescentibus, ut supra, praefa-
« torum acutae febris, gravissimi capitis doloris,
« ferocissimorum deliriorum, stomachi frequentissi-
« marum evomitionum, animi deliquiorum sympto-
« matibns, ita sensim praefatus aeger viribus ex-
« haustus jaceret, ut nec stomacho omnia rejicienti,
« nec corpori eo usque debilitato ulla amplius re-
« media applicari possent, quemadmodum deponens
« duobus aut tribus ultimis diebus ulla praescri-
« bere nequaquam ausus est » (3).

26. Quid igitur erat expectandum? nemo, ut puto, erit qui Perito non consentiat dum ait « si
« comprende facilmente come la prognosi dovea
« nel nostro infermo essere gravissima, e che in

(1) Summ. pag. 32 § 77.
(2) Summ. pag. 45 § 105 in fin.
(3) Summ. pag. 46 § 106.

« nessun caso poi sarebbe stata possibile nell' or- « dine naturale delle cose una guarigione istanta- « nea e perfetta. La prognosi della meningite è « infatti assai oscura: la guarigione è un' ecce- « zione e la *restitutio ad integrum* in ogni caso « assai dubbia. La forma suppurativa è tra le più « gravi e le più rapidamente mortali » (1). Et merito haec omnia, nam « LA GUARIGIONE È DEL TUTTO ECCEZIONALE » uti docet *Jaccoud*: quod si forte obtigerit (2) « LA CONVALESCENZA È SEMPRE MOLTO LUNGA » (3).

## DE MEDIO
SEU
## DE INVOCATIONE

27. Cum itaque mors immineret, recordatus est aeger intermissas a se esse novemdiales preces quas ad Ven. Annae patrocinim implorandum instituerat; recordatus autem est cum sui compos multiplicibus vinculis innodatus in lecto jaceret. Tum vero promissionem in votum convertit, prouti ipse latius testatus est, atque alii se ab eodem accepisse in Actis tradidere. Sat vero est titulum hunc qui = *de invocatione* = agit in Summarii tabulis perlegere, ut illico pateat non alterius sancti aut Beati, sed unius Ven. Annae aegrotum opem petiisse.

(1) Vot. pag. 29, 30.

(2) Oper. cit. pag. 244.

(3) Laveran et Tessier ope. cit. pag. 737.

## DE ALTERO MIRACULI EXTREMO
### SEU
## DE INSTANTANEA, PERFECTA ET CONSTANTI SANATIONE.

28. Certum quidem est saepeque a S. H. O. probatum ad miraculum constituendum necessariam non esse illam instantaneitatem quam phisicam vocant; at si gravis alicujus morbi sanatio illico perficiatur et e vestigio, hoc opus quod nemo non sentit naturae non esse, in quantam non abripit admirationem? quantum animos percellit impellitque ineluctabili quadam vi ut coelesti auxilio attribuant? Id profecto in sanatione P. Leopoldi tanta luce tantaque evidentia coruscat, ut raro admodum pares invenire datum fuerit, prouti jam satis ex iis quae praefati sumus PP. AA. perpexisse arbitramur.

29. Proponite enim vobis, AA. PP. qualis erat aegroti conditio cum ad Ven. Annam preces convertit. Scitis eum violenta febri, ac gravissima cephalea teneri; item deliriis, deliquiis, vomitibus ac suprema virium exhaustione prope ad obitum languescere, eorumque omnium causam in purulenta meningum phlogosi esse collocandam. Scitis etiam remedia omnia frustra cecidisse, et postremis diebus fuisse omnino derelicta. Etiamsi quis tantum naturae tribuat ut nolit P. Leopoldi aegrotationem inter lethales atque insanabiles adcensere, nemo profecto tam excors invenietur qui affirmet brevi tempore tot ea damna potuisse perfecte reparari. Reparata autem sunt illico, et absque ulla convalescentiae mora perfectissimae sanitati datus est locus. Etenim cum sanatus enarrasset post breve semideliquium omnibus vinculis semetipsum vidisse expeditum, prosequitur: « quod sibi ita sese vinculis ex-
« peditum sentienti mox prae stupore eventus tam
« prodigiosi toto corpore eruperit copiosus sudor,
« NULLUMQUE AMPLIUS EX EO MOMENTO

« CAPITIS DOLOREM SENSERIT, NULLAM-
« QUE FEBRIM; quique jam per tot dies se sen-
« serat viribus exhaustum et inertem, iisdem ab
« eo momento se sensit plane restitutum AC SI
« NULLA INFIRMITATE PRAEVIA LABO-
« RASSET, nullis etiam amplius redeuntibus deli-
« riorum aut deliquiorum simptomatibus » (1).

30. Quae vero postea gesta sunt, ut sanatus cum aliis ad orandum venerit hora quinta matutina, ut tandem cognitus coactusque ad cubiculum suum reverti ibidem omnia obstupentibus sodalibus enarraverit, jam supra breviter complexi sumus et uberius ab ocularibus testibus in Summario referuntur.

31. Item recolere non omisimus ut P. idem Leopoldus sequuto die coenobio egressus ad Ven. Servae Dei sepulcrum Sacrum fecerit validis viribus, utque ad Episcopum inde sese conferens eum de mirabili sanatione sua edocuerit. Ast illud vix tetigimus quod ad receptas illico stomachi vires attinet, qua de re satis est si AA. PP. ab ipso sanati ore accipiant, uti est in *Summ. pag. 54-55*, quam evidentem ipse probationem exhibuerit validissimo sese statim stomacho fuisse potitum.

32. Perfectam in instanti sanationem agnovere omnes et testati sunt; eorum autem testimonia huc referre idem esset ac actum agere postquam Vir peritus in suo Suffragio *pag. 31-35* eadem abunde descripserit.

33. Idem profecto de sanationis constantia dicendum, ex quo P. Leopoldus quatuor fere annos quot a sanatione ad confectum Processum intercessere, nulli unquam symptomati quod ad morbum illum referri posset, obnoxius fuit. Cujus rei testimonia ex Processu deprompta a Perito Viro in eodem Suffragio referuntur pag. *39-40*. Atque haec de primo hoc miraculo sufficiant, dum ad alterum enucleandum gradum facimus.

(1) Summ. pag. 51 § 2.

# MIRACULUM ALTERUM

## INSTANTANEAE PERFECTAEQUE SANATIONIS
## MARIAE REGINAE GALLIARUM
## A DIUTURNA FEBRI TYPHOIDE
## VIRIBUS ILLICO RECEPTIS.

34. Maria Medicea Galliarum Regina, mater Ludovici XIII Regis cum annum ageret aetatis suae nonum supra quinquagesimum et Gandavi moraretur, die prima mensis Maji anno 1633 gravi febri laborare coepit. Medici qui Reginae aderant et in aula ejus regia salutaris artis munus gerebant Andreas Du Chemin et Ludovicus de Aquin, exquisitissimam omnem, ut facile intelligere est, curam morbo discutiendo impenderunt. Sed cuncta adhibita remedia incassum cedebant, aegrotaeque vires a ciborum aversione, ab insomnia, ab ipsa curatione, ut erat etiam satis devexa aetate, omnino conciderant.

35. Ventum erat ad diem aegrotationis quartum jam supra qnadragesimum. Tum denique, abjecta spe humani subsidii, ad implorandam opem Ven. Annae qua vivente familiariter usa fuerat, sese convertit. Cum etenim audivisset Ven. Servae Dei pallium ad aegrotos delatum plurimis salutem attulisse, illud petiit, habitumque sibi in lecto jacenti imposuit. Ecce autem paulo post somno corripitur ad horas ferme quatuor. Evigilans hora matutina septima gravissimos toto corpore dolores experitur, quibus brevi cessantibus iterum placide

obdormivit. Aliquanto post expergefacta « REPERIT SE (utor verbis sanatae ipsius) SINE DOLORE ET FEBRIBUS ET MALO QUOCUMQUE, *ac surrexit et se vestiri curavit, refectionemque sumpsit, atque a prandio descendit plerosque gradus pedes, et rheda conscensa per moenia civitatis obambulavit cum omnium admiratione, eo quod primae vices essent quod suo cubiculo egrederetur spatio quadraginta quatuor dierum, judicantibus et ipsa sua Majestate ejusque medicis sanationem ex toto esse miraculosam* (1). »

---

36, Haec facti historia brevis admodum et simplex; haec narratio sanationis prodigiosae, in qua judicanda, ut mihi quidem videtur, sat est ad diuturnitatem morbi et ad repentinam integramque curationem animum advertere. Sane Zacchias apud Benedictum XIV (2) *magnitudinem febris* qua socrus S. Petri fuerat conflictata, *colligit ex qualitate febris, ex aetate aegrotantis . . . et magnitudinem miraculi colligit ex prompta et momentaria curatione . . . . perfectaque virium recuperatione, cum convalescentes ex huiusmodi febribus jam solutis per crisim DEBILES ADMODUM SINT, ET VIX PEDIBUS INSISTERE POSSUNT.* » Hic de crisi cum Zacchia Pontifex loquitur: quanto ergo majori in pretio habenda est integrarum virium reversio ubi nulla, uti in specie hac, crisis intercessit?

37. Febris qua aegrota divexata est, fuit, testante medico - CONTINUA PUTRIDA. Notum est ea nuncupatione apud veteres donatam fuisse

(1) Summ. pag. 85 § 23.

(2) Lib. VI. Part. I Cap. 18 num. 3.

eam quam hodie *typhoidem* appellant. GRISSOLLE (1): « *Della febbre tifoide. Sinonimi . . . febbre pestilente, PUTRIDA, biliosa, muccosa o* « *GRAVE* (della maggior parte degli autori) ». Et paulo post: « Questo è quello che si osserva in « particolare per la febbre tifoide che era chiamata « inflammatoria, MALIGNA o PUTRIDA da al- « cuni, biliosa o muccosa da altri a seconda del « predominio del tale o tale altro apparecchio di « sintomi . . . ». ROCHE et SAMPSON (2): « La febbre tifoide trovasi descritta negli autori « sotto un gran numero di nomi diversi: tale è « LA FEBBRE PUTRIDA, la febbre maligna... » LAVERAN et TESSIER (3): « I primi noso- « grafi che cercano di classificare le febbri conti- « nue non sono fortunati nei loro tentativi, perchè « invece di separare il tifo dalla febbre tifoide, « complicano la questione descrivendo come malat- « tie differenti FEBBRI PUTRIDE, *adinamiche,* « *atassiche, muccose, le QUALI TUTTE SI RI-* « *FERISCONO ALLA FEBBRE TIFOIDEA.* » IACCOUD dum varias typhoides febris formas recenset, ad eam quae *adinamica* nuncupatur haec subdit eius adnotator *Adeodatus Borrelli;* « equi- « valenti negli autori antichi: la maggior parte « delle FEBBRI PUTRIDE . . . . *la continua pu-* « *trida* di Boerhaave (4) ». Enimvero et *Grissolle* eamdem formam describens, eam appellat « *forma adinamica O PUTRIDA* (5)» eamque esse dicit « che

(1) Vol. I pag. 19.

(2) Nuoni Elementi di Patologia medico-chirurgica Vol. II pag. 941.

(3) Nuovi Elementi di Patologia e clinica medica. Napoli 1886 Vol. I pag. 34.

(4) Trattato di Patologia etc. Vol. II pag. 653.

(5) Vol. cit. pag. 26.

« fra tutte le varietá della febbre tifoide ha una « più considerevole durata. » Diuturna autem illa fuit de qua agimus, cum medius febris tiphoides ciclus inter viginti ac triginta dies concludi sueverit.

38. *Continua* febris erat quae, medico testante, *singulis noctibus exarcebabatur circa horam decimam, cum maxima anxietate, dolore capitis, vigilia et inappetentia.* Gravis et diuturnus erat quotidianus accessus, seu potius quotidianum ejus febris nocturnis horis incrementum, quia, uti sanata inquit et testes omnes confirmant, quietem omnem fere abstulerat, nec facultatem dabat somni ad vires aliquantulum reficiendas. Notatu dignum est quod ait sanata « febris impediebat ei ordinarie « noctu somnum usque ad horam septimam matu- « tinam » namque « *la febbre continua per eccel-* « *lenza, la febbre tifoide, é accompagnata da re-* « *missioni matutine* (1). » Gravissima est medici affirmatio, Reginae sub sanationem *levem somnum successisse QUOD IPSI NON CONTIGERAT TOTO MORBI TEMPORE.* Nam, quem brevi carpere poterat, somnus, non ille erat qui *phisiologicus* dicitur, ad reparandas vires natura comparatus, sed qualis esse poterat in corpore quod gravis febris incursus parumper extenuatus seu remittens adhuc suo sub malefico influxu teneret.

39. Neque omittendi alii testes qui febrim incessisse inquiunt « *cum reduplicationibus et inquietudinibus* » quod ait Testis V: « *majori in dies cum vehementia quae reddebat suam Majestatem VALDE DEFORMEM, eamque privabat somno et appetitu* » uti accipimus a Teste VI: « *cum quotidiana ejusdem reduplicatione ac VEHEMENTI INQUIETATIONE, praepedientibus suae Majestati*

(1) *Laveran* et *Tessier,* Oper. cit. pag. 118.

*somnum EAMQUE GRAVITER DEBILITANTIBUS* » prouti Testis VII affirmat. Quo de virium collapsu apertissima est medici testatio dum ait, easdem tum morbi diuturnitate tum remediis *FRACTAS FUISSE.*

40. Id enimvero nulla indiget demonstratione, quandoquidem notissimum est quod docet *Jaccoud* (1) « *la febbre è un processo eminentemente distruttore* » a quo illata humano corpori damna tum ex valida vel minus ejusdem complexione, tum ex febris intensitate et duratione sunt judicanda. Aetas igitur aegrotae, vis praeterea et diuturnitas morbi unicuique manifestum faciunt quam gravia detrimenta, quantamque virium defectionem pepererint.

41. Quidnam autem apud veteres PUTRIDAE appellatio significaverit, et in quonam hanc *putriditatem* recentiores collocent docet *Adeodatus Borrelli* in adnotationibus ad *Jaccoud* (2) : « Vi ha in « alcune febbri un assai triste alterazione del san- « gue che noi diremo *septicoemia febbrile,* e che « gli antichi con altra parola appellavano *putridità* « (febbri putride o maligne) ammettendo quasi una « putrefazione degli umori. Trattasi in essa non « solo di una distruzione di elementi plastici e for- « mati del sangue, ma di una profonda alterazione « chimica ». Sanguine autem, hoc vitae fonte, inquinato, universam corporis oeconomiam, viresque omnes deperire quis ignorat?

42. Remedia etiam quae novimus adhibita, ad vires usque dejiciendas summopere conferebant, *venae* nempe *sectiones et potiones laxativae* (3), quas a typhicis morbis proscribendas docet *Niemeyer* (4):

(1) Vol. I. pag. 124.

(2) Jaccoud vol. I pag. 102.

(3) Summ. pag. 89 § 61.

(4) Vol. 2 pag. 694.

« Egli è ora universalmente riconosciuto che a ciò « nulla valgono i salassi e gli emetici a questo « scopo altra volta raccomandati, e che anzi tali « mezzi quasi sempre esercitano una perniciosa in- « fluenza sull' ulteriore decorso del male ». Praesertim quod attinet sanguinis eductiones, cujuscumque generis sit febris qua aegrotus laborat, eas valde noxias esse legimus apud *Jaccoud* (1), eo quod vel ipse febrilis processus plurima sanguinis elementa corrumpat et destruat: « ciò posto, il salasso « non può avere altro risultato se non quello « di rendere più breve il tempo in cui l' orga- « nismo può sopportare la cresciuta distruzione e « la insufficiente riparazione, senza accasciarsi . . , « il salasso dunque deve essere bandito dalla tera- « pia delle febbri pei gravi danni consecutivi che « può apportare ». Hodie enim vel prophani sciunt in typhicis morbis, in febribus diuturnis atque exhaurientibus defendendas esse et sustentandas omni ope vires, non deprimendas.

43. Omnes artis salutaris cultores aetate nostra compertum habent febrim typhoidem necessario sociari quibusdam specificis intestinorum laesionibus inflammatoriis: « la febbre tifoide (docet *Grissolle*) « è anatomicamente caratterizzata da una lesione « di natura inflammatoria avente sede nei follicoli « intestinali e ne' gangli mesenterici (2). » Laesio haec antiquos medicos latuerat. Idem auctor postquam, uti supra retulimus, dixisset illam febrim diversimode fuisse nuncupatam « *maligna o putrida,* « *biliosa o mucosa* a secondo del predominio di tale « o tal'altro apparecchio di sintomi » prosequitur « e senza che la lesione locale fosse diversa. « *Ma i medici di cui parlo non avevano saputo* « *scoprire una tale lesione* ». Hinc est quod plura

(1) Tom. I pag. 124.

(2) Vol. cit. pag. 37.

nobis referre medici qui Reginae a curatione fuerant, non valuerint. Laesio autem illa causam habet a quodam microrganismo reperto a Doctoribus *Eberth* et *Gaffky,* quod vel aquae potu vel olerum esu vel alia via ad intestina demittimus, ex quo facillime explicatur quare nulla aetas ab eo morbo immunis evadat (1).

44. Morbum autem quo Regina conflictata est, fuisse gravem, vel una ejus duratio docet evidentissime : « La durata della malattia » discimus a *Roche* et *Sampson* (2) « non è sempre la stessa, di-
« pende dal grado d'intossicazione e dalla estensio-
« ne della lesione intestinale. Lieve, essa non può
« durare che sette od otto giorni : molto violenta
« si prolunga talora fino ai 50-60 giorni ». Id fortasse, experientia edocti, noscebant Parisienses medici qui a Regina de suo morbo consulti ad sexagesimum usque diem ejusdem durationem protraxerant.

45. At cum neque Parisiensibus ejus temporis medicis compertae essent intestinae laesiones quae cum febri typhoide consociantur, ideo prognosim, de qua supra, emisere; quam e contra quisque prudens aetatis nostrae medicus sustinuisset. « Il pro-
« gnostico della febbre tifoide » ita *Grissolle* (1)
« è sempre grave. Per quanto benigna esser si
« possa l'apparenza della malattia, non si potrà
« mai predire se il di lei esito sarà buono o catti-
« vo. Tutte le forme sono pericolose. » Addimus ex *Roche* et *Sampson* (9) : « La febbre tifoide é
« sempre una malattia grave. Non si può in gene-
« rale rispondere dei malati se non quando sono

(1) Oper. cit. pag. 943.

(2) Teodoro Von Jurgensen – Manuale di Patologia speciale medica, Vol. I pag. 432.

(3) Oper. et vol. cit. pag. 30.

(4) Oper. cit. pag. 944.

« convalescenti ; e sovente pure la convalescenza è « una seconda malattia che esigge le maggiori « precauzioni ». Haec vero, uti nos docet laudatus *Grissolle* « ha quasi sempre una durata proporzio-« nata alla gravezza della malattia, ed è tanto più « lunga quanto più le forze del soggetto sono state « oppresse dalla affezione (3). » Neque secus *Laveran* et *Tessier:* « La convalescenza è lunga e ri-« chiede di essere sorvegliata da vicino perchè può « essere attraversata da moltissimi accidenti e da « complicazioni. Il dimagramento è estremo, le forze « non ritornano che poco a poco: in quest'epoca « l'alimentazione deve essere oggetto delle princi-« pali preoccupazioni (1) ». Idem docet *Iaccoud*: « Anche dopo le forme brevi e leggere, questa fase « intermedia che si estende dalla malattia alla sa-« nità dura almeno dieci a quindici giorni: anche in « questi casi l'alterazione patita dall'organismo è « stata tanto profonda che la restaurazione de' tes-« suti e la ricostituzione dalle forze non ponno es-« sere se non l'opera del tempo (2) ».

46. Modo AA. PP. quibus ea quae de hujuscemodi morbo diximus minime nova accidisse pro certo habeo, parumper ad peculiares facti circumstantias considerandas accedant, easque conferant cum iis quae ex celeberrimis scriptoribus deprompsimus. Potestne igitur morbus ille, potestne, dicam etiam, quaecumque alia alterius cujusvis naturae febris quae tam diuturne perstitisset, illico dispelli et sanitati perfectae integrarumque virium restaurationi subitaneae locum dare? nunquam id visum auditumque nisi miraculo intercedente. Et miraculo id in sanatione Reginae contigisse testatur medicus

(1) Summ. pag. 86 § 33, 34.

(2) Summ. pag. 88 § 48.

(3) Ibid. pag. 94 § 87

nam « mane quando evigilavit, Deponenti et pro-
« tomedico suo. . . . . qui nuper obiit, narravit se
« recursum habuisse ad opem dictae Ven. M. An-
« nae a S. Bartholomaeo, et caetera quae ipsi ac-
« ciderant, et *REPERTA EST SINE FEBRE*, et
« eodem die exivit domo, *ET SANATA FUIT OMNI-*
« *NO*, nec amplius reincidit in illam febrem, quod
« ipse Deponens judicat fuisse miraculum eo quod
« *FEBRIS CESSAVIT DE REPENTE ABSQUE*
« *ULLA CRISI* et recidiva, et quod eodem die sa-
« nata domo exivit *VIRIBUS RECUPERATIS*
« quae diuturnitate morbi et remediis fractae e-
« rant (1). »

47. Alii audiendi testes : « Vidit (ita de se Te-
« stis IV) dictam Serenissimam Reginam a dicto
« morbo, cujus toto tempore oculatus testis fuerat,
« *de repente* liberatam *SINE INTERMEDIA MO-*
« *RA CONVALESCENTIAE*, ita quod eodem
« die surrexerit e lecto, per domum progressa fuit,
« descendendo et ascendendo suis pedibus multos
« gradus aulae Gandensis, et aula egressa per
« moenia dictae Urbis Gandavensis rheda vecta
« est, dehortante tam Domino Deponente quam a-
« liis, utpote cum antea spatio dierum quadraginta
« quatuor cubiculo egressa non esset ; et postquam
« domum rediit dicta christianissima Domina Re-
« gina, *OPTIME SE HABUIT ET BENE COE-*
« *NAVIT*, et ulterius sine reincidentia ulla sana
« permansit, et post paucos dies Bruxellas rheda,
« non lectica, venit sine molestia itineris, prout
« omnia hac periodo comprehensa Dominus Depo-
« nens suis oculis vidit. (2). » Pariter Testis VII
*prima* Reginae *cubicularia* sanationem instanta-
neam enarrat : (3) « expergefacta deprehendit se

(1) Ibid. pag. 86 §§ 33, 34.

(2) Summ. pag. 88 § 48.

(3) Ibid. pag. 94 § 87.

« penitus a febri liberatam absque ullo dolore aut « alia infirmitate; eodemque die, *RECUPERATIS* « *VIRIBUS, e lecto surrexit,* domum obambulavit, « pedesque descendit scalas plurimorum graduum, « rhedaque spatiatum ivit per moenia urbis Gan- « densis, quod antea spatio quadraginta dierum non « fecerat neque ipso cubiculo egressa, atque vespere « reversa sana atque optime disposita adscendit « dictas scalas, et *MORE SOLITO, UT IN SA-* « *NITATE FACERE CONSUEVERAT, COENA-* « *VIT,* sanaque permansit ac Bruxellas paulo post « rediit. » « Reversa autem Bruxellas sana reman- « sit absque ulla recidiva in eumdem vel alium « morbum ».

48. Ad instantaneam igitur virium recuperationem et totius morbi depulsionem quid addi possit non video. Quaenam conditio sit eorum quos diu typhoides febris afflixit facile novimus: quam lento gradu primum levioribus et minimis, dein solidioribus cibis refici debeant eorum vires, non hic commemorem quia notissimum. Quare si diuturnam praegressam *anorexiam* et *gastritem = accompagnamento obbligato di tutte le febbri* = uti docet *Iaccoud,* parumper recolamus, hoc unum factum quod bis terve eo die sanata cibum sumpsit « *optime disposita . . . . ut in sanitate facere sueverat* » aliud gravissimum prodigiosae et instantaneae sanationi momentum suppeditat. Sanitatis autem constantiam testes unanimiter affirmant auditi in judicio quinque annis a sanatione elapsis, testes qui assidua conversatione et convictu Reginae, utpote nobiles ejus familiares, utebantur.

49. Benedicti XIV aetate eadem erat quae medicorum a curatione Reginae, de febribus sententia, et sane Pontifex fuse agit de sanationibus *a febribus malignis* inter miracula recensendis. Quid ipse probari postulat? diserte ait « si aliqua sanatio a febri

« maligna tanquam miraculum in S. Congregatione « proponatur, afferri debere medicorum attestationes « qui curae interfuerunt, in quibus relata sint febris « symptomata, expetendum esse judicium medico- « rum quorum consilia pro veritate exquiruntur, in- « quirendum esse de ejus duratione, de remediis « adhibitis vel non adhibitis, de exclusione bonae « crisis, de momentaria sanatione, de perfecta et « subita virium recuperatione, de firma et constanti « sanitate absque recidiva et absque conversione in « alium morbum.» Haec autem omnia (si illud demas quod Pontifex ait de expectando judicio medicorum quorum consilia pro veritate exquiruntur) uti e Summario constant, ita nos brevi sermone demonstrasse confidimus. *Recidivam* vero quod attinet, illam vix unquam dari in febri tiphoide docent auctores. *Grissolle*: « ella non sembra mai attaccare più di una « volta lo stesso individuo (1). » *Jaccoud*: « l' immunità risultante da un primo attacco è più « certa anche di quella delle febbri eruttive (2) ».

50. Miraculi famam Gandavii, Antuerpiae, Bruxellis, Parisiis propagatam testes affirmant. Grati vero animi testimonium Regina Ven. Annae opiferae exhibuit ejus Beatificationis Causam ipsa suscipiens et studiosissime promovens, uti constat ex Litteris Remissorialibus concessis ad preces « Abbatis Leonardi « Fabronii Romae residentis pro serenissima Regina « Matre Christianissimà et ab eadem specialiter « deputati ad prosequendam Causam Servae Dei « Sor. Annae a S.Bartholomaeo olim Priorissae Mo- « nasterii Carm. excalc. Civitatis Antuerpien. »

51. Eam itaque absolvi iuxta piae Reginae votum summopere exoptat utraque Familia meritissimi Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, utque, his

(1) Oper. Vol. cit. pag. 38.

(2) Opér. cit. Vol. II pag. 659

probatis miraculis, Beatorum honores Ven. Dei Famulae decernantur, ejusdem Postulator Generalis P. Rodericus a S.Francisco Paullano conjunctas cum nostris preces humillime offert.

Quare etc.

Die 29 Martii 1911.

ALOISIUS TOESCHI Adv.
ADULPHUS GUIDI

---

REVISA
ANGELUS MARIANI S. C. ADV.
S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor

# ANTUERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

# SOR. ANNAE A S. BARTHOLOMAEO

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM

# SUMMARIUM

SUPER DUBIO

*An et de quibus miraculis constet in casu, et ad effectum de quo agitur?*

Decretum super approbatione Virtutum

ANTUERPIEN.

Beatificationis et Canonizationis

Ven. Servae Dei

SOR. MARIAE ANNAE A S. BARTHOLOMAEO

Ordinis Carmelit. Discalceat.

Sociae S. Theresiae

Examinata pluries in Congregationibus Sac. Rituum Antepraeparatoria et Praeparatoria Causa Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei So-

roris Annae a Sancto Bartholomaeo Ordinis Carmelitarum Discalceatorum et Sociae Sanctae Theresiae super infrascripto dubio « *An constet de Virtutibus Theologalibus et Cardinalibus, earumque adnexis in gradu heroico in casu* etc. Tandem die 7 Junii currentis anni coram SSm̃o Domino Nostro Clemente Papa XII alia, quae supererat Congregatio eorumdem Sacror. Rituum Geñlis coacta fuit, in qua Rm̃us Dñus Cardinalis de Gentilibus vice et nomine Rm̃i D. Cardinalis Cybo hujusmodi Causae Ponentis supradictum dubium proposuit; Sanctitas vero Sua auditis tum DD. Consultorum, tum Rm̃orum DD. Cardinalium suffragijs, nil ea die decernere, sed resolutionem differre existimavit, ut invocato prius Caelesti Lumine, fusisque ad Deum precibus, quid in tam gravi deliberatione agendum esset exploraret. Iis itaque abunde peractis, infrascripta die Divo Petro Apostolorum Principe Sacra, idem Sanctissimus Dñus Noster ante prandium in suis Mansionibus Palatij Apostolici Quirinalis accitis coram se R. P. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, et me infrascripto Sac. Rituum Congregationis Secretario, super proposito dubio responsum *affirmativum* promulgari mandavit, scilicet « *Constare de Virtutibus ipsius Ven. Servae Dei Sororis Annae a Sancto Bartholomaeo tam Theologalibus Fide, Spe, et Charitate, quam Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia earumq. adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et ita etc. Hac die 29 Junii 1735.

A. F. Card. ZONDADARI *P. Praefectus*

L. ✠ S.

F. Patriarcha Hierosolymitanus
*S. R. C. Secretarius*

Decretum de validitate Processus super miraculis ex quo depromptum miraculum primo loco propositum.

MECHLINIEN.
Beatificationis et Canonizationis
Ven. Servae Dei
SOR. ANNAE A S. BARTHOLOMAEO
Monialis Professae
Ordinis Carmelitarum Excalceatorum

Instante Revmo P. Rodrigo a S. Francisco de Paula, Ordinis Carmelitarum Postulatore Generali, Emus et Revmus Dñus Cardinalis Hieronymus Gotti praedictae Causae Venerabilis Servae Dei Annae a S. Bartholomaeo monialis professae eiusdem Ordinis Ponens seu Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis Particularibus subsignata die ad Vaticanum coadunatis ad normam decreti editi die 9 Decembris 1908, sequens dubium discutiendum proposuit: « *An constet de validitate Processus Apostolica Auctoritate confecti in Curia Ecclesiastica Mechlinien. super assertis mirculis Ven. Servae Dei intercessione patratis; testes sint rite examinati, ac jura producta legitime compulsata in casu et ad effectum de quo agitur?* » Et Sacra eadem Congregatio, audita relatione ipsius Emi Ponentis necnon voce et

scripto habito suffragio R. P. D. Alexandri Verde Sanctae Fidei Promotoris, omnibus diligenter perpensis, ita rescribere rata est: « *Affirmative seu constare* ». Die 9 Februarii 1909.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per subscriptum Sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habuit et confirmavit, die 10, ejsdem mense et anno.

Fr. SEBASTIANUS Card. MARTINELLI
*S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

† Diomedes Panici, *Archiep. Laodicen. Secr.*

# MIRACULUM PRIMUM

INSTANTANEAE PERFECTAEQUE SANATIONIS

P. LEOPOLDI A S. JOANNE BAPTISTA

CARMELITAE DISCALCEATI

A MENINGITE SUPPURATIVA PARTA AB OTITE,

CUM IMMEDIATA VIRIUM RECUPERATIONE.

## Ex Peculiari Processu super miraculis

## Cathalogus testium et causa scientiae eorumdem

I Testis, R. P. Leopoldus a S. Joanne Baptista ann. 28, *proc. fol. 1* (SANATUS).

II Testis, R. P. Fridericus a Sp. S.° ann. 37, Prior Conventus Antuerpiensis Carm. Excalc. *proc. fol. 9 terg. ad 10 interr. respondit :*

Se audivisse de pluribus miraculis ab Altissimo ad intercessionem V. M. Annae a S. Bartholomaeo ordinis Carmelitarum Discalceatarum factis, et notanter de miraculo quod contigit (uti fert memoria Deponentis) die 8 Novembris 1731 in conventu suo Antuerpiensi cuius, deponens nunc Prior est, et tunc temporis erat Theologiae professor, circa personam P. F. Leopoldi a S. Joanne Baptista eiusdem conventus religiosi presbyteri, et tunc temporis deponentis Alumni, quem vidit et cognovit per plures menses ante praefatum

**§ 1.** **Testis de visu.**

Miraculum gravi morbo vehementissimisque capitis doloribus laborantem, atque inde frequentissimis deliriis obnoxium.

III Testis, R. P. Epiphanius a S. Maria, Ex-Prior Carmel. excalc. conventus Antuerp., ann. 52, *proc. fol. 13 ad 10 interr. respondit:*

§ 2. Testis de visu.

Quorum Miraculorum unum sibi specialiter notum declarat Deponens, videlicet illud, quod per intercessionem dictae V. M. Annae contigit in persona P. F. Leopoldi a Sancto Joanne Baptista Religiosi Presbiteri conventus Antuerpiensis FF. Carmel.Excalceat.,cuius temporis deponens Priorem agebat, idemque P.Leopoldo erat a Confessionibus, videlicet circa miraculosam et subitaneam eiusdem a longa infirmitate sanationem magisque miraculosam e vinculis quibus irretitus erat expeditionem seu liberationem iisdem remanentibus integris et illaesis, occlusis et nodatis ut ante liberationem seu expeditionem.

IV Testis, R. P. Augustinus a S. Humberto, Ord. Carmel. excalc., ann. 25, in conventu Antuerp. *ad 10 interr. proc. fol. 17 respondit:*

§ 3. Testis de visu.

Quod specialem notitiam habeat alicuius miraculi quod in conventu suo Antuerpiensi contigit 8 Novembris 1731 (in quantum etiam num fert memoria Deponentis) circa subitaneam P. Leopoldi a S. Joanne Baptista eiusdem conventus religiosi Presbyteri a diuturna sua infirmitate sanationem, eiusdemque mirabilem et subitaneam e vinculis quibus irretitus jacebat, iisdem integris et illaesis manentibus, liberationem; cuius miraculi Dipse eponens certum testimonium perhibere potest ex eo, quod eidem P. Leopoldo longo tempore infirmitatis suae in qualitate infirmarii adstiterit, eumdemque continuo frequentaverit.

quemadmodum ferme omnes eiusdem conventus Religiosi eiusdem miraculi simile testimonium perhibere possunt, sed prae aliis praecipue R. P. Amandus, modernus Prior conventus Teneramundani, uti et F. Tiburtius a S. Nicolao ac F. Thadaeus a S. Petro, quorum hic scilicet F. Thadaeus curam quoque habuit dicti P. Leopoldi tempore praefatae infirmitatis, ille vero scilicet F. Tiburtius singularis amicus et familiaris tunc temporis fuit eidem P. Leopoldo et primus ab eodem certior factus miraculi circa personam suam ab Altissimo patrati.

§ 4.
Alii testes bene edocti de miraculo.

V Testis, R.P.Tiburtius a S. Nicolao, ann. 25, Ord. Carmel. Excalc. in conventu Antuerp., *proc. fol. 21 ad 10 interr. respondit:*

Audivisse multa miracula ab Altissimo ad intercessionem suprafatae V. M. Annae a S. Bartholomaeo fuisse patrata, de quorum tamen circumstantiis nihil in particulari se posse asserere aut deponere affirmat, praeterquam de illo quod contigit in conventu suo die 8 Novembris 1731 circa personam P. F. Leopoldi a S. Joanne Baptista subitanee a longa sua infirmitate sanati et e vinculis, quibus irretitus erat, mirabiliter liberati; de quo miraculo testimonium saltem aliquod perhibere possent quotquot tunc tempore in isto conventu commorati sunt Religiosi.

§ 5.
Testis de visu.

VI Testis, R. P. Armandus a S. Mansueto ann. 40, Ord. Carmel. Excalc.Teneramundanus Prior, *proc. fol. 24 ad 10 interr. respondit:*

Unum tamen esse de quo certiorem notitiam habet et super quo solidius deponere possit, videlicet quoad miraculosam P. Fr. Leopoldi a Sancto Joanne Baptista ordinis sui religiosi Presbyteri e quinque vinculis, quibus illigatus iacebat iisdem integris, illaesis et ut ante remanen-

§ 6.
Testis de visu.

tibus nodatis, liberationem et expeditionem, nec non subitaneam eiusdem P. Leopoldi a diuturna infirmitate sanationem, quae in conventu huius civitatis Antuerpiensis contigere dum deponens eiusdem conventus Subpriorem ageret.

VII Testis, R. Fr. Thadeus a S. Petro, Ord. Carmel. Excalc., ann. 23, *proc. fol. 26 terg. ad 10 interr. respondit:*

§ 7
Testis de visu.

Unum tamen se certo scire affirmat, ad intercessionem eiusdem V. M. Annae patratum, circa personam P. F. Leopoldi a S. Joanne Baptista, sui ordinis in conventu Antuerpiensi religiosi presbyteri, a diuturna ac gravi sua infirmitate subitanee sanati, ac vinculis, quibus ratione eiusdem infirmitatis ante constrictus iacebat, miraculose liberati.

VIII Testis, Fr. Joannes Baptista Pierson ex Fratribus Alexianis seu Cellitis in conventu Antuerp. ann. 33, (in versione italica) *proc. fol. 3 in fine ad 10 interr. respondit:*

§ 8.
Testis de visu maxime de aliquibus miraculi adiunctis.

Dichiara il deponente di avere particolare notizia di un fatto ammirabile accaduto a un giovane padre religioso nel convento dei padri Carmelitani Scalzi di questa città di Anversa sono ora circa 3 anni, quel padre a motivo di una grande demenza, ossia pazzia provenuta da una grave malattia, da esso deponente, e un certo fratello Alessio de Vry confratello del comparente essendo stato legato e con forti legami attaccati alle sponde del letto, fu liberato dalle stesse catene e legami, quali rimasero interi ed intatti, fu in un modo ammirabile sciolto e nel tempo stesso ricuperò istantaneamente la sua perfetta sanazione, quale ammirabile avvenimento fu attribuito al ricorso che il suddetto padre

fece al patrocinio della suddetta Rev. Madre Anna di S. Bartolomeo.

IX Testis, Fr. Lucas a S. Theresia, Ord. Carmel. Excalc., ann. 47, in conventu Antuerp. (in versione italica) *proc. fol. 8 ad 10 interr. respondit :*

Quanto spetta ai particolari miracoli accaduti per intercessione della suddetta Rev. Madre Anna di S. Bartolomeo dice di solamente sapere ciò che è accaduto nella persona del soprascritto P. Leopoldo riguardo alla sua subitanea guarigione e liberazione dai vincoli.

§ 9. Testis de visu.

X Testis, Fr. Alexius de Vrije ex Fr. Alexianis seu Cellitis in conventu Antuerp., ann. 40, (in versione italica) *proc. fol. 14 terg. ad 10 interr. respondit :*

Dichiara di potere con maggior chiarezza attestare l'ammirabile e subitanea guarigione di un certo P. Leopoldo religioso del convento dei Rev. Padri Carmelitani Scalzi di questa città di Anversa, e la di lui mirabile liberazione dai suoi vincoli, coi quali fu parte dal deponente legato ; qual sanazione e liberazione furono interamente ascritte al patrocinio della suddetta Rev. Madre Anna in sequela del ricorso ad essa fatto dal detto P. Leopoldo.

§ 10. Par scientia cum teste VII.

XI Testis, Illmus D. Casimirus De Villella, medicus, ann. 45, *ad 10 interr. proc. fol. 39 respondit :*

Caeterum declarans sese saepissime ac plurimis in occasionibus audivisse narrari varia miracula, quae ad intercessionem praefatae Matris Annae a Sancto Bartholomaeo ab Altissimo affirmabantur patrata et vulgo pro miraculis habe-

§ 11. Testis de visu et de auditu.

bantur: inter quae notanter recentior subitanea sanatio a diuturna infirmitate P. F. Leopoldi a S. Joanne Baptista suprafati Conventus Ord. FF. Carmelitarum Discalceatorum Religiosi Presbyteri, eiusdemque mirabilis e vinculis suis, quibus irretitus iacebat, expeditio.

XII Testis, Illmus D. Joannes Steynen, *medicus a curatione*, ann. 42, *ad 10 interr. proc. fol. 42 respondit* :

§ 12. Testis de visu ob curationem adhibitam P. Leopoldo.

Se plura saepenumero audisse patrata ab Altissimo specialiter ad intercessionem praefatae Matris Annae a S. Bartholomaeo Miracula, quorum tamen tam particularem notitiam non habet ut positive quid ex speciali notitia asserere aut affirmare possit: unum tamen esse de quo certo testari possit, illud videlicet, quod spectat subitaneam cuiusdam Patris Fratris Leopoldi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Conventus Antuerpiensis Religiosi Presbyteri a diuturno morbo sanationem, eiusdemque prodigiosam e quinque vinculis, quibus tam brachijs quam tibiis et trunco corporis irretitus iacebat, expeditionem.

# DE PRIMO MIRACULI EXTREMO

## SEU

# DE NATURA ET GRAVITATE MORBI

I Testis *ad interr. 10 proc. fol. 2 terg. respondit :*

Quod peracto secundo suae professionis anno missus fuerit a suis superioribus ad Conventum huius Civitatis Antuerpiensis ad studia sua philosophica ibidem inchoanda, videlicet circa tempus remigiale anni 1730, quodque paucis de post septimanis acciderit, ut aperta de nocte in cubiculo suo fenestra gravissimum catharrum contraxerit cum gravi pectoris, sed vel maxime capitis dolore, qui dolor capitis sensim diminutus fuit, superveniente copiosa sanguinis et puris per aurem sinistram exoneratione, qui fluxus continuavit usque ad mensem Septembris anni 1731, quando, eo cessante, denuo successit prior capitis dolor quo sese in dies magis ac magis intendente nihilque medentibus remediis et esu carnium a medico praescriptis, tandem circa finem mensis tam vehementer inde fuit afflictus, ut somni quietisque incapax diu noctuque per conventum currere et recurrere cogeretur, et demum Vigilia S. Michaelis seu 28ª dictis mensis Septembris circa horam quintam matutinam prae vehementia dicti doloris in deliquium et mentis impotentiam seu delirium inciderit, quo in statu permansit usque ad horam septimam matutinam circiter sequentis diei, applicatis ipsi interim ex consilio medicorum sectione venae in pede et brachio cucurbitulis

§ 1. Initia morbi a gravi contracto aere, unde catharrus cum dolore pectoris et capitis.

§ 2. Sequitur diuturna otites.

§ 3. Capitis dolor fit dein assiduus et vehementissimus.

§ 4. Deliquia et delitia aegrotum incessunt.

§ 5. Ob mortis periculum Viatico extremo munitur

§ 6. Febri continua laborabat.

§ 7. Quidquid cibi accepisset evomere cogebatur.

§ 8. Vita deficiente sacro oleo inungitur de medicorum consilio.

§ 9. Cum morte aliquot dies luctatur iisdem semper pessimis symptomatibus obnoxius.

§ 10. Aliquantulum sese recipit.

scarificatis, nec non visicatoriis, uti sibi postmodum praesens factus ex aliis intellexit, quo die ex consilio dictorum medicorum metu reincidentiae, circa quintam vespertinam extremo Viatico administratus fuit; post quam administrationem perseverante semper praefato capitis dolore, cui accesserat a tempore dicti delirii continua febris comitata evomationibus stomachi vix aliquid solidi nutrimenti ferentis, tam eadem vespera ac sequenti nocte, aliisque successive diebus saepe saepius in praefata deliquia, deliria et mentis impotentiam reincidit, atque ita sensim viribus exhaustus fuit, ut tandem die octava subsequentis mensis octobris circa nonam vespertinam, cum tam a se ipso quam a superioribus suis iudicaretur morti proximus, extrema Unctione de consilio medicorum fuerit munitus, in quo mortis periculo asserit se permansisse per quinque vel sex dies (quantûm sua nunc fert memoria), praefato intolerabili capitis dolori, dictaeque febri modo acutiori modo remissiori et lenta, frequentissimisque tam de die quam de nocte deliriorum symptomatibus, animi deliquiis ac stomachi evomationibus obnoxium; dum interim ex consilio medici applicato capiti raso deponentis quodam emplastro, dictus dolor capitis, aliaeque deponentis enumeratae infirmitates sensim diminui ceperunt usque adeo, ut subsequente Festo SS. Apostolorum Simonis et Judae deponens sese sufficienter restitutum arbitratus, sustinuerit templum sui conventus accedere circa medium octavae matutinae ibidemque Sacrum audire, ac sacram Sinaxim sumere, nequaquam tamen ausus missam celebrare, prae virium suarum impotentia: in quo valetudinis statu remansit usque in diei sequentis horam circiter quartam pomeridianam, quando denuo de repente correptus fuit gravissimo capitis

dolore vehementique febris accessu, subsequentibus deliriorum ac deliquiorum nec non stomachi evomationum symptomatibus multo quam antea frequentioribus et gravioribus.

§ 11. Die sequuto graviora irruunt symptomata febris deliquia, deliria et dolor capitis cum vomitu.

***Et fol. 3 ad 10 interr.***

Prosequendo, declarans praedictum delirium tanto furore et ferocitate fuisse stipatum ut sex vel septem ex religiosis (inter quos aliqui ex fortissimis totius conventus) ibidem astantibus vix continere et cohibere deponentem potuerint, quemadmodum sibi postea sanitati restituto narratum asserit ab iis qui adfuerant, notanter a R. P. Amando a S. Mansueto tunc temporis eiusdem conventus Subpriore et P. Fr. Augustino tunc temporis infirmorum curam habente, sicut etiam in anterioris infirmitatis deliriis saepenumero accidisse affirmat, ut ob eorumdem vehementiam a pluribus contineri et cohiberi debuerit, ut ex aliis, et notanter ex praefato P. F. Augustino qui tunc temporis praecipuam deponentis curam habebat, intellexit cum ipse deponens dicat se ab ipso initio huiusmodi deliriorum usque ad finem eorumdem plane a mente et sensibus fuisse alienum atque adeo nihil ex propria scientia eatenus deponere posse, sed tantum ex relatu aliorum. Hoc unum notans quod ubi ex huiusmodi deliriis ad se redibat, sibi visum fuisse quasi ex somno quodam evigilaret, se tamen sentiens plane faticatum, debilem et viribus extenuatum, addens se praeter dicta deliria in dies frequentissimis aliis animi deliquiis per diem et saepe etiam pluries fuisse obnoxium, accedentibus continuis, ubi vel tantillum etiam jusculi introsumebat, stomachi evomitionibus, quibus malis cum nihil medelae afferrent quaecumque a medicis praescripta applicata et introsumpta remedia, accidit ut tribus aut quatuor plus minus

§ 12. Delirantem vix sex vel sodalibus cohibere poterant.

§ 13. Assiduitas et ferocitas deliriorum.

§ 14. Delirio abreptus semper erat sui impos omnino.

§ 15. Rediens ad se erat viribus fractus.

§ 16. Frequentissima item deliquia.

§ 17. Pariter et vomitiones.

§ 18. Remedia inutilia.

§ 19.
Prior coenobii aegrotum hortatur ut ad patrocinium Ven. Annae confugiat.

a suprafata reincidentia diebus deponentem accesserit R. P. Epiphanius a S. Alberto deponentis confessarius, et illius conventus tunc temporis Prior, qui excepta confessione sacramentali dicti deponentis, eidem consuluit, ut cum frustranea viderentur omnia hactenus tentata naturalia remedia, recursum suum institueret ad Deum, et Sanctos ejus, nominatim ad S. M. Theresiam, S. Joannem a Cruce ac Ven. M. Annam a S. Bartholomaeo, ad cujus ultimae intercessionem narrabat deponenti Deum multa patrasse et ferme in dies patrare miracula, eidem deponenti promittens procurare pulvisculos aliquos ex sepulcro dictae Ven. M. Annae desumptos, quos deponens tertio de die introsumeret, post singulas sumptiones dicens: tertio Pater et Ave et subjuncto singulis Pater et Ave, Gloria Patri et Filio etc. in honorem SS. Trinitatis, ut per intercessionem praefatae Ven. M. Annae a S. Bartholomaeo plenam sanitatem consequi posset; juxta quod dicti Rev. P. Epiphanii consilium, ab eodem tamquam Priore suo et Confessario facultatem petiit ut in finem praelibatum liceret sibi novenam instituere, in dies sub eadem novena sumendo Sacram Eucharistiam et utendo ter de die suprafatis pulvisculis, singulis sumptionibus jungendo ter Pater et Ave cum Gloria Patri et Filio etc.; qua facultate a dicto P. Priore obtenta firmiter proposuit instituere praefatam novenam, eamdemque eo ipso die vel saltem sequenti mox inchoavit et per biduum continuavit, solitus ad illam intentionem communicare immediate post horam duodecimam nocturnam, affirmans tertio aut quarto die se interrupisse eamdem novenam, hac occasione, quod ante medium noctis in deliquium animi seu delirium aliquod prolapsus, et ex eodem circa horam primam nocturnam ad se rediens rogansque ut sibi de sacra Synaxi communicare liceret, hoc ipsi

§ 20.
Novendiales preces ad eam suscipit agitque biduo.

a duobus religiosis (nam toto tempore dictae infirmitatis duo religiosi ipsi assistere et invigilare debebant) tunc recusatum fuit et absolute dissuasum, eaque ratione mox praecedentis deliquii aut delirii deponentem nequaquam dispositum ad S. Communionem judicarent, quod accidit, quantum etiamnum fert memoria deponentis, post medium noctis inter diem sextam et septimam Novembris anni 1731, declarans insuper quod a secundo et tertio die a suprafata reincidentia jam tum eo usque, prae continuis et intollerabilibus capitis doloribus, animi deliquiis, furibundis deliriis, frequentissimis stomachi nihil ferentis evomitionibus, continuaque febri modo acutissima, modo remissiore, debilitatus fuerit et viribus destitutus ut assiduo lecto cubare debuerit, ex quo et in quem aliorum auxilio serviri et levari debebat ita ut ipsam sacram Synaxim. dum ex devotione sumpsit in lecto stratus, et non nisi aegre tantillum erectus eam sumere debuerit, et ea quidem sese affirmat fuisse debilitate et virium exhaustione, dum sibi compos et praesens esset; dum vero in praefata deliria incideret eo usque furor et ferocitas spiritus et vires deponentis agitabat, ut a pluribus etiam validioribus cohibere vix posset.

§ 21.
Qua de causa eas preces cum susceptione S. Synaxis intermiserit.

§ 22.
Reversî morbi gravitas describitur.

§ 23.
Ob virium defectum lecto jacebat neque sese poterat movere.

Cum vero praefata deliria eo usque tamdem increbescerent et invalescerent ut merito timendum esset, ne ex iis funestius aliquid vel ipsi deponenti vel aliis illi assistentibus eveniret, declarat deponens quod suprafatus R. P. Ephiphanius a S. Alberto ipsius Conventus tunc temporis Prior die octava praefati mensis Novembris deponentem lecto decumbentem accesserit ad medium septimae circiter matutinae, eique supradictum periculum serio exposuerit, consultumque dixerit ut deponens ad praevenienda dicta mala et infortunia sese vinculis ligari et irretiri sineret.

§ 24.
Irruentia tamen deliria ejus vires augebant in immensum cum praesenti aliorum periculo.

*Et fol. 4 ad 10 interr.:*

§ 25. Suscipit consilium Prioris ut sese alligari sinat.

Prosequendo declarat se propositioni et consilio R. P. Epiphanii a S. Alberto Prioris sui, de quo in fine hesternae depositionis, initio quidem noluisse satisfacere et acquiescere, ex eo quod hactenus ignoraret deliria sua a tempore suae reincidentiae tanto furore et ferocitate fuisse stipata, ut ex iis, vel sibi, vel aliis aliquod infortunium timendum censeri posset. Notando scilicet quod ipse deponens utpote sui impos, sub dictis deliriis eorumdem ferocitatem nequaquam perceperit, et assistentes metu, ne deponentem contristarentur easdem illum celaverint. Caeterum ubi praefatus R. P. Epiphanius ut deponentem ad amplectendum de suggestis vinculis consilium induceret, eidem dictorum deliriorum vehementiam explanasset, et notanter quomodo praecedenti die, videlicet septima Novembris circa horam quartam pomeridianam tam furibundo delirio fuisset correptus, et in absentia infirmarii tantisper alibi degentis et lecto suo sese prorupisset, et supra limbum Camini cubiculi sui ascendens, seseque erectum tenens et ferrum hypocausti manu vibrans, ad stuporem et metum praefati infirmarii supervenientis plurimorumque aliorum religiosorum ab eodem isthuc advocatorum non sine manifesto tam ipsius deponentis, quam aliorum in succursum venientium periculo; tandem deponens eadem narratione attonitus et commotus, propositioni et consilio dicti R. P. Epiphanii acquievit et ut sibi vincula, eo quo videretur modo iniicerentur, consensit, ac consequenter idem R.P. Epiphanius deponenti dixit, se (cum ipse mox extra civitatem discedere deberet) illam curam commissurum R. P. Amando a Sancto Mansueto tunc temporis Subpriori, qui immediate duos fratres Cellitae circa horam undecimam matutinam ad cubiculum deponentis in infirmaria venerunt quando deponens ab infirmaria tantisper e lecto

ante focum portatus, nec prae debilitate diutius se ibidem sustinere valens, ab iisdem fratribus Cellitis in lectum suum reportatus est, et in eodem ab iisdem fratribus Cellitis tribus vinculis ligatus, uno truncum corporis inter pectus et ventrem, ac duobus aliis utramque tibiam supra calcem pedis arcte constringentibus, suisque extremitatibus ad respectivas lecticae partes tam fortiter et stricte alligatis, ut deponens affirmet se eodem tempore praefatos Alexianos audivisse dicentes, nequaquam metuendnm esse, ut deponens quocumque modo ex tam arcto et constricto dictorum vinculorum ligamine se expedire vel e lecto proripere posset. Quo in statu ligaminis remansit usque in horam quartam circiter pomeridianam, cum interim unum alterumve delirium passus fuisset, semperque gravissimis capitis doloribus, lentae febri ac stomachi evomitionibus obnoxius, ac prae debilitate jam viribus paene exhaustus. Declarans insuper a Medicis fuisse interdictum, ne ab ullo inviseretur, imo et ipsi infirmario iniunctum, ut rarius deponentem tunc temporis accederet et valvas fenestrarum occludi curaret. Cum vero praefatus infirmarius nomine F. Thadaeus a S. Petro circa horam quartam pomeridianam ejusdem diei deponentem accederit, eundem deponens rogavit ut se tantisperere e lecto levare vellet et ante focum constituere, quod dictus F. Thadaeus mox praestitit solvendo praefatorum vinculorum extremitates a respectivis lecticae partibus, quibus adstrictae erant, deponentem sive solus sive cum alio (cujus jam non recte meminit) e lecto supra brachia sna assumens et ante focum in sede collocans, nec non eorundem vinculorum extremitates tam sedi quam vicinae parti lecticae alligans. Verum prae nimia virium debilitate non diutius quam per parvum circiter quadrantem horae se deponens ibidem sustinere valuit, moxque ab eo-

§ 26. Validissime a peritis hominibus ad lectum alligatur.

§ 27. Ita constrictus tóto corpore et in statu miserrimo absque viribus jacebat.

§ 28. Brevi solvitur et brachiis adsistentium elatus assidet ante focum.

§ 29.
Dein iterum in lecto reponitur et ut antea vinculis irretitur.

dem F. Thadaeo et alio forte ut supra eidem assistente, super brachia in lectum reportatus fuit, adstrictis denuo vinculorum extremitatibus per eumdem P. Thadaeum respectivis lecticae partibus ut ante, et prae metu aliorum deliriorum

§ 30.
Duo alia vincula adduntur ad brachia, atque ita quinque ligaminibus lecto adstringitur.

quae forte superventura timebantur, consultum visum fuit duobus aliis vinculis deponentis brachia innodare, quod quo praecise modo, aut circa quam horam factum fuerit declarat deponens se in praesenti non amplius recordari, sicut non amplius recordatur quaenam aliae personae ipsi interea temporis adfuerint.

De hoc tamen certus, quod circa horam decimam vespertinam in plena mentis praesentia se compererit et sciverit quinque vinculis innodatum, videlicet, uno truncum sui corporis inter pectus et ventrem, duobus tibias supra calcem pedis, ac duobus aliis brachia ad corpus manus arcte constringentibus, eorumque extremitatibus ad respectivas lecticae partes fortiter variorumque nodorum implicatione alligatis. Quo in statu a praedicto P, Thadaeo circa dictam horam decimam vesper-

§ 31.
In hoc statu sese ad Ven. Annam convertit.

tinam derelictus, ac demandata cura deponentis vigilibus convenctus qui pro sua quisque vigilia ad portam cubiculi deponentis auscultarent, an aliquo succursu indigeret; deponens in tam misero (ut supra) statu sese considerans intimoque miseriarum suarum tactus dolore, expertusque quod humana et naturalia nequaquam sibi prodessent remedia, quodque e contrario, praeter frequentiam deliriorum, animi deliquiorum, stomachi evomitionum et continuantem febrim, eo temporis capitis dolorem sentiret multo graviorem et intentiorem, seseque ipsum sentiret omnibus fere viribus exhaustum, mox sese ad Deum solum ac superos convertendum duxit, subitoque occurrente deponenti quasi inspiratione aliqua eidem exprobrante, quod infidelis fuisset in exequendo proposito no-

venae in honorem SS. Trinitatis sub invocatione Ven. M. Annae a Sancto Bartholomaeo (ut supra) instituendae, quam deponens praecedenti die ut supra interruperat, mox istius interruptionis et defectus intime poenitens, denuo eamdem novenam inchoandam statuit priore proposito in absolutum votum converso, eamdem novenam incipiendi proximo die sabbathi sequente, eamque absolvendi quocumque possibili modo, superaddito uno altero secundo voto, visitandi sepulcrum praefatae Ven. M. Annae a Sancto Bartholomaeo quantocius id sibi per sanitatem recuperandam et superiorum suorum facultatem liceret.

§ 32.
Votumque vovet novendiales preces intercisas absolvendi.

*Et ad interr. 11 proc. fol. 7.*

Addens et allegans pro ratione scientiae omnium et singulorum in dicta causa depositione ad superius interrogatorium decimum contentorum, quod ipse deponens in propria sua persona ea omnino senserit, expertus fuerit vel ipse fecerit eorumque plene conscius, quatenus ea contigerunt extra deliriorum intervalla ; quatenus vero aliqua in dicta sua depositione contenta evenerunt sub ipsis deliriis et mentis absentia eatenus allegat pro ratione scientiae, quod illi qui deponenti eo tempore astiterant et oculati testes fuerant, eadem omnia de post deponenti retulerunt ut in praefata deponentis responsione et enarratione ad dictum interrogatorium decimum specialius et latius exponuntur.

§ 33.
Causa scientiae partim de facto proprio, partim de aliorum relatu.

*Et ad interr. 12 proc. fol. 7 terg.*

Quod circa medium mensis Novembris anni 1730 (quantum deponentis etiamnum fert memoria) gravissimo catharro fuerit correptus, cum gravi pectoris et capitis dolore, qui dolor pectoris mediante venae sectione adhibitisque quibusdam remediis pectoralibus, decem aut duodecim tantum circiter diebus deponentem afflixit, sed non tam cito eum dereliquit dolor capitis, absque eo quod deponens praecise recordetur quandiu tunc temporis eo

§ 34.
Morbi historia et symptomatum successio.

§ 35.
Catharrus cum dolore pectoris et capitis.

§ 36. Fluxus puris et sanguinis ex aure sinistro.

fuerit afflictus, hoc solum recordans, quod sensim diminutus fuerit, et tandem cessavit superveniente deponenti defluxu sanguinis et puris satis copioso ex aure sinistra, qui defluxus duravit usque sub initium mensis Septembris anni 1731, eoque tunc cessante, denuo incepit deponens laborare priori capitis dolore, qui in dies ingravescebat mixta lenta febri, usque adeo ut Medicus Dñus Joannes Steynen die octava ejusdem mensis necessarium judicaverit ut deponens carnibus vesceretur, donec tandem nequidquam proficientibus sibi adhibitis variis remediis ab eodem Medico Domino Joanne Steynen praescriptis, in vigilia festi Sancti Michaelis ejusdem mensis ex vehementia capitis doloris, continua febre stipati, in grave delirium inciderit, eaque ratione in extremo mortis periculo versatus fuerit et extremis Sacramentis munitus. Quo quidem periculo dein aliquo modo cessante, deponens per aliquot dies convalescere cepit, sed mox denuo gravius quam ante reincidit et usque in diem subitaneae suae sanationis, scilicet octavam Novembris ejusdem anni 1731 in hujusmodi infirmitate ad extrema tendente et in dies ingravescente perduravit, ut latius in sua depositione ut supra ad interrogatorium decimum. Ulterius juxta idem interrogatorium duodecimum rogatus, num toto eo tempore etc., applicata remedia morbis proportionata fuerint ut in dicto interrogatorio, respondit sibi plurima et quotidiana applicata remedia fuisse, exceptis tribus vel quatuor ultimis morborum suorum diebus, ex eo quod Medici viderunt applicata hactenus nihil proficere. Utrum vero dicta applicata remedia morbis suis proportionata fuerint, dicit deponens se, uti de eo non dubitat, ita nec certo de eo judicare posse, sed desuper acquievisse Medicorum judicio. Caeterum declarat Medicum Dñum Joannem Steynem ab initio in finem supradictae infirmitatis

§ 37. Cessat ille et dolor capitis assiduus ingravescit addita febri.

§ 38. Incassum remedia adhibentur.

§ 39. Deliriis gravissimis corripitur aeger.

§ 40. Extremis Sacramentis munitur.

§ 41. Aliquantulum sedatur morbus, sed postea vehementior irruit.

§ 42. Postremo cessatur a remediis quae nil proficiebant.

se deponentem visitasse et curasse, quemadmodum etiam aliquoties, sed rarius, se tempore dicti sui morbi visitatum declarat a medico Dño Casimiro Vilella, suprafataque applicata remedia ab iisdem respective aliquando simul convenientibus, aliquando seorsim fuisse praescripta: chirurgum vero, qui ei venam saepius tempore ejusdem morbi aperuit et una vice cucurbitulas et aliquoties vexicatorias applicuit, dicit vocari Longin.

*Et fol. 8 ad 17 iuterr.*

Num deponens dixerit tribus vel quatuor ultimis morbi sui diebus nulla amplius sibi fuisse applicata remedia ex eo quod Medici viderent ea nihil proficere, interrogatus an ergo dicti Medici curam deponentis pro derelicta et desperata habuerint? Respondit quod praefatus Medicus Steynen non quidem expressis verbis, sed signis scilicet trahendo humeros, tum sufficenter deponenti indicaverit se curam ejusdem habere pro derelicta et desperata, quod idem Medicus aliis quibusdam religiosis expressis verbis tunc significavit, qui hoc ipsum deponenti post recuperatam sanitatem declaraverunt, elapsis modo e deponentis memoria eorum nominibus. Quo fundamento vero praefatus Medicus ita judicaverit, dicit deponens se non aliud scire quam quod applicata remedia non amplius proficerent.

§ 43.
Medicus a curatione de aegroti sanitate spem omnem abjecerat.

II Testis, *ad interr. 10 proc. fol. 9 terg. respondit :*

Se audivisse de pluribus miraculis ab Altissimo ad intercessionem Ven. Mariae Annae a Sancto Bartholomaeo Ord. Carmelitarum Discalceatarum factis, et notanter de miraculo quod contigit (uti fert memoria deponentis) die 8 Novembris 1731 in Conventu suo Antuerpiensi, cujus deponens nunc Prior est et tunc temporis erat Theologiae Professor, circa personam P. Fr. Leopoldi a

S. Joanne Baptista ejusdem Conventus Religiosi Presbyteri et tunc temporis deponentis Alumni, quem vidit et cognovit per plures menses ante praefatum Miraculum gravi morbo vehementissimisque capitis doloribus laborantem, atque inde

§ 44.
Dolores capitis et deliria vehementissime aegrum torquebant et agitabant.

frequentissimis ac ferocissimis deliriis obnoxium, qua ex causa dicto P. F. Leopoldo a S. Joanne Baptista circa finem mensis Septembris (quantum meminit) ejusdem anno 1731 extremum Viaticum administratum fuit prae metu, ne forte pertinax ac continua eidem superveniret deliratio, ex quo

§ 45.
Id vero assidue.

tempore idem morbus cum praedictis deliriorum ac capitis doloris symptomatibus nunquam perfecte cessavit usque in diem miraculosae sanationis,

§ 46.
Brevis morbi intermissio.

quamvis interea per unam forte alteramve septimanam aliqualiter intermissus fuerit, sed mox denuo recrudescens ad tantam demum prae· deliriorum praefatorum frequentia et ferocitate dictum P. Leo-

§ 47.
Acerbior incursus aegrum ad extrema redigit.

poldum corporis debilitatem redegit, ut per octo facile aut decem plus minus dies immediatos ante sanationem adeo lecto affixus fuerit, ut ex eo surgere, aut se levare non posset, nisi aliorum auxilio et sustentaculo, nec aliud alimentum praeter

§ 48.
Deliriorum ferocia.

jusculum gustare potuerit. Qua non obstante debilitate et virium inertia, supervenientibus ei tamen praefatorum deliriorum symptomatibus, tam ferox mox fiebat et robustus, ut qui mox ante alienorum brachiorum in omnibus indigebat auxilio aut sustentaculo, sub dictis deliriis trium aut quatuor religiosorum eum cohibere volentium vires superaret; quemadmodum deponens declarat, quod uno alterove die ante subitaneam sanationem dicti P. Leopoldi eumdem viderit in hujusmodi furibundo delirio stantem super fornicem anteriorem camini ferrum hypocausti manu vibrantem, omnibusque qui ibidem aderant tanta ferocia minitantem, ut vix aliquis illum accedere auderet, et vix a quatuor vel quinque religiosis cohiberi, et inde

amoveri potuerit. Cumque hujusmodi deliriorum ingravescentia juxto daret locum timori ne sub iisdem funestius aliquid aut ipsi P. Leopoldo, aut aliis ei assistentibus accideret; visum fuit superioribus Conventus, ut eumdem vinculis constringi et cohiberi curarent, quemadmodum postera die, scilicet eadem illa, qua circa medium noctis subsequentis prodigiosa sanatio contigit, idem P. Leopoldus quinque vinculis illigatus fuit, scilicet uno truncum corporis, duobus brachia hinc inde, aliisque duobus tibias arcte constringentibus respectivisque lecticae partibus fortiter adstrictis, eo modo ut neutra manus, alteram aut pedem, nec pes pedem ullatenus attingere possent, quemadmodum se certo scire declarat scilicet a F. Thadaeo a S. Petro ejusdem Conventus religioso chorista tunc temporis curam dicti P. Leopoldi gerente et uno ex FF. Alexianis qui eum vinculis alligaverant, atque insuper propriis oculis observasse et vidisse sub ipso tempore matutino praefatam miraculosam sanationem dicti P. Leopoldi ejusdemque prodigiosam e dictis vinculis expeditionem immediate subsecuto, quando ad cubiculum dicti P. Leopoldi in infirmaria ad tam mirabilia spectanda vocatus praefata vincula eorumdemque nodos et ligamina non minori curiositate quam stupore examinavit, eadem videns et admiratus integra et illaesa, arctisque nodis constricta et respectivis lecticae partibus alligata.

§ 49. Necesse fuit illum vinculis irremovibiliter cohibere.

§ 50. Quae testis suis oculis vidit.

*Et ad interr. 12 proc. fol. 11.*

Quod supradicta infirmitas P. Leopoldi a S. Joanne Baptista facile duraverit per duos menses, plus minusve, praeterquam quod per unam aut alteram septimanam aliqualiter intermissa fuerit, post quam intermissionem denuo recruduit ut praefatum P. Leopoldum ad extrema reduxerit, ut latius in superiori deponentis declaratione ad interrogatorium decimum. Caeterum declarat se

§ 51. Duratio morbi.

ignorare quae et qualia praecise toto praefato tempore dicto P. Leopoldo applicata fuerint remedia, quamvis plura ei applicata sciat, nec dubitare se posse, quin fuerunt dictis morbis proportionata, utpote a Medicis eumdem infirmum in dies visitantibus praescripta. Medicos autem praefatos nominari affirmat deponens N. Steynen et Casimirum Vilella, et quidem praefatum Dñum Steynen fuisse illum, qui magis assiduo et frequenter dictum P. Leopoldum tempore ejusdem morbi visitavit.

III Testis, *ad interrog. 11 process. fol. 13 respondit:*

§ 52. Ex morbi gravitate solvitur per Priorem ab observantia.

Declarat quod cum praefatus P. Leopoldus sub initium mensis Septembris anni 1731 (quantum fert memoria deponentis) incepisset laborare gravi infirmitate, capitis dolore, prout dictus P. Leopoldus conquerebatur, deponens in qualitate Prioris ipsius Conventus die quinta dicti mensis Septembris ab omnibus actibus chori et Communitatis dictum P. Leopoldum coactus fuerit dispensare eidemque iniunxerit vesci carnibus. Interea dicto morbo et capitis dolore ita ingravescente, ut dictus P. Leopoldus die ante festum Sancti Michaelis seu 28 ejusdem mensis Septembris inciderit in deliria, quibus per paucas horas intermissis, ipso festo Sancti Michaelis seu 29 dicti mensis, circa medium quintae vespertinae judicio Medici deponens praefato P. Leopoldo Sacrum administravit Viaticum, quod magna devotione sumpsit. Quodque pauco post tempore idem P. Leopoldus reinciderit in praedicta deliria saepius reiterata, et febres acutissimas, quae deliria adeo erant vehementia ut plures religiosi fortes et robusti eum in lecto suo vix detinere potuerunt, prout deponens non raro se vidisse affirmat. Quibus deliriis, et acutissima febri vires dicti P. Leopoldi ita ex-

§ 53. Ex medici judicio SS. Viatico munitur.

§ 54. Post breve intervallum deliria fiunt atrociora cum acutissima febri.

hauriebantur, ut brevi moriturus crederetur, ita ut ex iudicio medici die 8 mensis Octobris subseqnentis, circa horam decimam vespertinam, deponens eidem P. Leopoldo administraverit extremam Unctionem, quo in mortis periculo versatus circiter per octiduum paulatim cepit convalescere, in tantum ut nimium praesumens de suis viribus in festo Ss. Apostolorum Simonis et Judae mox subsecuto, celebrandae missae prae debilitate impotens, cum aliis conventus Fratribus religiosis, in templo ejusdem Conventus sacram Eucharistiam sumpserit. Coeterum mox postero die idem P. Leopoldus in eamdem reincidit infirmitatem, revenientibus deliriis et capitis doloribus, quibus addebantur frequentia per diem deliquia animi, et evomitiones stomachi, ita ut nihil solidioris alimenti, imo vix aliquid iusculi sumere potuerit, huiusmodi morbi statu continuante et in dies ingravescente usque in diem miraculosae sanationis.

§ 55. Viribus omnibus destitutus et brevi moriturus S. oleo inungitur.

§ 56. Videtur aliquantulum convalescere.

§ 57. Sed morbus gravior redit addito pertinaci vomitu ex quo vix aliquid jusculi sumere poterat.

*Et ad interr. proc. fol. 14*:

Dicit quod praefata deliria eo tandem ferocitatis devenerint ut vel ipsi infirmo, vel aliis eidem inservientibus certo certius funestum aliquod infortunium obventurum timeretur, praesertim postquam duobus aut tribus ante praelibatam miraculosam sanationem diebus, dictus P. Leopoldus quamvis viribus prae longa infirmitate exhaustus, absente forte per unum alterumve Pater et Ave, qui eidem inserviebat, infirmario, de repente in tantam delirii rabiem actus est, ut e lecto exiliens et supra arctum camini limbum cum maximo funesti casus periculo ascendens et in eodem se erectum tenens, ferrumque hypocausti manu vibrans eoque omnibus qui eodem supervenerant minitatus, non sine maximo infortunii periculo et metu inde amoveri et in

§ 58. Periculum aegroto et aliis imminebat ab ejus deliriis.

lectum reponi potuerit, quod tandem feliciter peractum fuit per F. Augustinum a S. Humberto ex persuasione deponentis qui ibidem tunc temporis aderat et praefatum P. Leopoldum tam formidabili modo supra limbum camini a se visum testatur, quemadmodum etiam testatur plures alios eiusdem conventus religiosos (quorum nomina praeterquam solius P. Willebrardi deponenti hic et nunc non occurrunt), illud ipsum vidisse. Caeterum declarat deponens quod praefato casu admodum perterritus, secumque revolvens funesta quaeque quae ex hujusmodi deliriis etiam cum maximo vitae periculo pertimescenda erant, quibus ipse pro officio et qualitate Prioris providere debebat, necessarium duxit, ut dictum P.

§ 59.
Testis sui officii causa suadet testi ut sibi vincula injici sinat.

Leopoldum ad se reversum desuper serio moneret, eumque paterne consulendo et hortando inducere conaretur, ut pro suo et communi conventus bono se vinculis irretiri, et contra similem deliriorum ferociam compesci pateretur, in quod consilium consentiente eodem P. Leopoldo, deponens die jovis incidente in octavam suprafati mensis novembris anni 1731 misit aliquem fratrem laicum (cujus nomen modo non occurrit) ad Conventum

§ 60.
Petuntur duo fratres Alexiani qui rem perficiant.

FF. Alexianorum, ut a superiore ejusdem Conventus unus saltem ex fratribus mitteretur, qui dictum P. Leopoldum vinculis illigaret, reliqua eatenus cura P. Subpriori a deponente demandata, cum ipse deponens mox extra civitatem discedere deberet.

*Et ad interr. 13 proc. fol. 15*:

§ 61.
Medicamenta inutilia desperatum fecerant morbum.

Dicit adhibita medicamenta sub initium morbi levamen quidem aliquod attulisse, sed post reincidentiam nihil omnino amplius profuisse, ita ut praefatus Medicus Joannes Steynen (qui praecipuam decumbentis curam habebat) eiusdem medelam quasi pro desperata habuerit.

IV Testis *ad interr. 11 fol. 17 :*

Declarat quomodo die 28 septembris anni (in quantum etiam num fert memoria deponentis) 1731 praefatus P. F. Leopoldus a S. J. Baptista circa horam septimam matutinam repertus fuerit in cubiculo suo iacens extra se in quodam delirio, in quo ab ipso deponente eo accurrente visus fuit, quamvis tantum transeunter, donec circa horam undecimam matutinam ejusdem diei, deponenti a superioribus suis injunctum fuit ut dicti P. Leopoldi curam susciperet, qui P. Leopoldus interea e cella sua ad infirmariam delatus etiam dum in eodem statu remanebat, nec adhuc ad mentem rediverat, imo in eadem mentis absentia perseveravit usque in horam circiter septimam matutinam diei sequentis, uti a deponente, toto illo tempore intermedio ipsa nocte vigilando transacta, constanter observatus fuit, nequidquam medentibus venae sectione ac cucurbitatis scarificatis ex consilio Medici eidem interea applicatis. Postquam vero dictus P. Leopoldus die et hora, ut supra, ad se redivit, conquerebatur de gravissimo, quem sentiebat, capitis dolore, ac insuper compertus fuit laborare gravissima febri. Quibus usque ingravescentibus, visum fuit ex consilio medici eidem P. Leopoldo circa vesperam ejusdem diei administrare Sacrum Viaticum prae metu reversuri delirii. Quemadmodum subsequentibus pluribus diebus hujusmodi deliria, et intollerabiles capitis dolores, continuante acutissima febri, et intervenientibus etiam animi deliquiis, eo incrementi devenerunt, ut de vita ejus conclamatum videretur, necessariumque iudicatum fuerit eumdem extrema Unctione munire, quemadmodum eadem munitus fuit. Cum tamen praeter omnem spem aliqualiter reconvalescere ince-

§ 62.
Diuturno delirio correptus aeger visitur a teste.

§ 63.
Ad se reversus post solidum diem sensit aeger gravissimum capitis dolorem vehementi sociatum febri.

§ 64.
Eo devenit morbus ut aeger extremis sacramentis muniri deberet.

§ 65.
Visus aliquantulum sese recipere, viribus tamen semper dejectus, in acerbiorem postea morbi conditionem prolabitur.

pisset, non sic tamen ut infirmariam deserere potuerit, dum etiamnum imbecillis et viribus suis nimium fractus de redeundo ad cellam suam cogitaret, denuo reincidit in pejorem, quam antea, praecedentis morbi statum, quam reincidentiam autumat (quantum meminit, et ab aliis audivit) accidisse circa festum SS. Apostolorum Simonis et Iudae suprafati anni 1731, quae reincidentia incepit circa horam quintam pomeridianam cum gravissimo delirio adeo vehementi, ut deponens ab aliis, qui tunc dicto P. Leopoldo aderant, in auxilium advocatus, testetur eidem P. Leopoldo tunc compescendo vix quinque aut sex religiosos sufficientes fuisse, insuper declarans, quod a die hujusmodi reincidentiae eadem deliria quotidianum incrementum sumpserint, dictus P. Leopoldus in dies pluribus vicibus in eadem inciderit, ex eodem insuper reincidentiae die gravissimo capitis dolori obnoxius et acutissima agitatus febri, continuis stomachi nihil amplius ferentis evomationibus, et frequentissimis animi deliquiis associata, unde ad extremam corporis debilitatem redactus, omnibus tandem fere viribus exhaustus fuit. Et tamen nihilominus (quod deponens maxime mirandum asserit) redeuntibus praefatorum deliriorum symptomatibus, ille, cui extra dicta symptomata nihil virium superesse videbatur, sub ijsdem symptomatibus tanta ferocitate agitabatur, ut a pluribus religiosis vix cohiberi posset, adeo ut merito timeretur ne vel ipsi P. Leopoldo vel alicui, qui eidem assisteret, grave aliquod infortunium ex tam furibundis deliriis imminisset. Praesertim postquam biduo aut triduo ante miraculosam ejusdem P. Leopoldi sanationem accidit, ut idem P. Leopoldus circa horam quartam pomeridianam, cum infirmarius aliquanto

§ 66.
Deliria fiunt assidua et quotidiana.

§ 67.
Aliis gravissimis stipata symptomatibus.

§ 68.
Vires omnino defecerant.

§ 69.
Sed sub delirii accessu validissimae fiebant.

temporis ab ejusdem cubiculo abfuisset, ab eodem mox reverso inventus fuerit in tantum delirium abreptus, ut stans supra limbum camini ac ferrum hypocausti manu vibrans omnibus eo accedentibus timorem incuteret, donec tandem a deponente, qui aliquot ante diebus de mandato superiorum suorum dicti P. Leopoldi curam dereliquerat, sed eidem regendo ex priore consuetudine aptior videbatur, cohibitus fuerit, et in lectum redactus, concurrente mox plurium aliorum, qui tunc ibidem aderant, religiosorum auxilio, post quem terribilem eventum visum fuit superioribus Conventus ut praeveniendis majoribus malis dictum P. Leopoldum arctorum vinculorum ligamine compesci curarent. In quem finem declarat deponens se vidisse die 8 Novembris 1731 ante prandium duos FF. Alexianos in conventum venientes, et successive se fuisse post discessum dictorum FF. Alexianorum in cubiculo dicti P. Leopoldi, eumdemque vidisse vinculis illigatum, insuper declarans se circa horam nonam vespertinam, quae praefatam eiusdem P. Leopoldi subitaneam sanationem et a praefatis vinculis liberationem immediate praecesserat, vocatum fuisse a F. Thadaeo a S. Petro, cui tunc dicti P. Leopoldi cura incumbebat, ut eumdem F. Thadaeum comitaretur funiculum quemdam in manibus tenentem quo, uti affirmabat, maius vinculum truncum corporis dicti P. Leopoldi complectens arctius constringere et ligare iutendebat. Quem quidem F. Thadaeum deponens usque ad cubiculum eiusdem P. Leopoldi comitatus fuit, sed ante fores substitit, atque adeo ligamen quidem dicti funiculi non vidit, certo tamen factum credit, idque eo magis, quod postridie tempore matutino miraculosam dicti P. Leopoldi sanationem et e suis vinculis liberationem immediate subsecuto, ipse deponens videns

§ 70.
Ad periculum tum ab aegroto tum ab aliis arcendum, vinculis alligatur prout testis describit.

et examinans praefatum majus vinculum, quod trunco corporis inservierat, illud viderit et compererit huiusmodi funiculo constrictum et coarctatum.

*Et fol. 18 ad id. interr.*

§ 71. Extrema virium defectio.

Dicit quod quamvis cohibendae praefatorum deliriorum ferocitati et praeveniendis imminentibus inde infortuniis necessarium iudicatum fuerit, eum dictorum vinculorum coercere ligamine, tamen idem P. Leopoldus, cessantibus dictis deliriis, ita prae eorumdem vehementia, continuoque, eoque intollerabili, capitis dolore frequentissimisque stomachi (nihil amplius, ne quidem iusculum ferentis) evomationibus, semperque continuata lenta febri saepe saepius in deliquia animi inciderit, et eo usque viribus exhaustus, ac debilitatus fuerit, ut sese ipsum in lecto levare nequaquam potens esset, et ex eodem levandus, in eumdemque reponendus alieni brachii auxilio indigeret, quemadmodum deponens declarat, quod ipsemet dictum P. Leopoldum, dum etiamnum eius curam gerebat, pluries e lecto, ut supra, levare, in eumdem reponere debuerit.

*Et ad interr. 12 proc. fol. 19 terg.*

§ 72. Post brevem remissionem morbus fit saevior et aegrotum ad extrema reducit.

Respondet quod in quantum sua fert scientia infirmitas praefata dicti P. Leopoldi duraverit a die 28 septembris usque in 8 subsequentis mensis novembris, diem scilicet subitaneae et miraculosae sanationis eius, praeterquam quod aliqualis reconvalescentiae intervenerit intervallum, ut in superiori sua depositione ad interrogatorium praecedens expressit, quamvis vera reconvalescentia dici non potuerit, certe non talis ut superiores conventus ausi fuerint dicto P. Leopoldo tempore subsecutae reincidentiae denuo conferre sacramentum extremae Unctionis, quo in primo statu morbi munitus fuerat, insuper declarat, quod a

tempore dictae reincidentiae praefata infirmitas in dies maius ac maius robur et incrementum sumpserit, tamdemque, ut ex praefata superiore sua depositione videre est, dictus P. Leopoldus ad extrema fuerit redactus: non obstante quod toto praefato morbi tempore continua et varia applicata fuerint remedia, quamvis deponens nesciat praecise qualia, hoc sciens, praeter illa specifice in praefata sua superiori depositione expressa, etiam adhibita fuisse vesicatoria, quorum vulneribus curandis etiamnum linteum illud gestabat collo suo circumvolutum, quod deponenti metum auxit, quando circa medium quintae matutinae praefatam subitaneam sanationem immediate subsecutae dictum P. Leopoldum sibi tunc ignotum ante summum altare templi cum dicto colli involucro genuflexum conspexit.

§ 73. Aliquid de adhibitis remediis.

V Testis *ad interr. 11 proc. fol. 21*

Declarat, quod postquam dictus P. F. Leopoldus longo antecedenter tempore quodam puris sanguine mixto effluxu ex auricula laborasset, idemque effluxus jam per aliquantum temporis cessasset, inceperit laborare magno capitis dolore, tamdemque circa finem mensis Septembris praefati anni 1731 prae vehementia huius doloris in delirium inciderit, quod prima vice per viginti quatuor horas aut etiam diutius perduravit, qualibus deliriis, quamvis non tanto tempore durantibus, frequentissime quoque obnoxius fuit diebus subsequentibus, iisdem deliriis etiam de nocte dictum P. Leopoldum misere agitantibus, ut ipse deponens, qui eidem tempore nocturno invigilare debebat, se vidisse testatur ; affirmatque praefato P. Leopoldo Sacramentum viatici sub primis huiusmodi deliriorum diebus fuisse administratum. Quo in deliriorum statu cum perplures hebdomadas continuasset, per biduum aut triduum ab

§ 74. Puris et sanguinis fluxus ex aure.

§ 75. Eo cessante saevissimi coepere capitis dolores.

§ 76. Sub finem septembris anni 1731 deliria diuturna et crebra supervenerunt.

§ 77.
Extrema virium defectio et stomachi nil retinere valentis debilitas.

iisdem reconvaluisse sibi visus, denuo in eadem reincidit, moxque jam tum ex praecedente infirmitate oppido debilitatus, tam ex praecedentium deliriorum agitatione, quam ex copiosa sanguinis exhaustione, longe majorem debilitatem contraxit, suisque viribus eo usque deficere coepit, ut sese ipsum non amplius e lecto erigere posset, et ex eo levandus, et in eumdem referendus, aliorum brachiis portari deberet, cuius deponens se ipsum ocularem testem affirmat, et illud ipsum plus una vice vidisse, addens hujusmodi corporis debilitati accessisse insuper extremam debilitatem stomachi, ne iusculum quidem vel quodcumque aliud levissimum condimentum amplius ferentis, sed mox rejicientis et evomentis quaecumque ex consilio medicorum introsumere debebat.

VI Testis *ad interr. 11 proc. fol. 24* :

§ 78.
Septembri mense morbus irruit gravissimis symptomatibus quae describuntur, sese manifestans.

Declarat suprafatum P. Leopoldum anno 1831 sub decursu mensis septembris (quantum etiam num fert memoria deponentis) correptum fuisse gravi capitis dolore; de cuius vehementia et ingravescentia non semel deponenti conquestus est donec prae eiusdem doloris vehementia inciderit in deliria, mox etiam secuta gravi febri prout ex medicis aliisque eidem inservientibus se non semel audivisse testatur, praefatis deliriis saepissime, imo aliquando quater aut quinquies per diem redeuntibus, dictaque febri usque continuante, praeterquam quod certo asserere non possit quod nunquam sese interea plene remiserit. Quibus deliriis, capitis dolore ac serpente febri, idem P. Leopoldus ad maximam sensim debilitatem devenit, et eo usque ut aliorum auxilio e lecto et in lectum suum ferri deberet, prout se ab iis, qui eidem P. Leopoldo assistebant, intellexisse testatur, dubitans an non ipsemet illud aliquando viderit, ea tamen extrema debilitate

§ 79.
Inde tanta virium defectio ut e lecto deponi, ad eumque deferri ab aliis deberet.

non obstante, tanta erat praefatorum deliriorum ferocitas et vehementia, ut qui illis cessantibus virium suarum expers esset, iisdem deliriis redeuntibus vix a pluribus aliis cohiberi posset. Donec tandem prae eorumdem ferocia visum esset consultum, eumdem P. Leopoldum arctis vinculis irretiri ac cohiberi, in quem finem R. P. Epiphanius tunc temporis istius conventus Prior accessiri iusserat duos fratres Alexianos, cumque ipse illa die extra civitatem abire deberet, reliquam dicti vinculorum ligaminis curam deponenti demandavit. Quare advenientibus tempore matutino circa medium horae undecimae diei 8 novembris eiusdem anni 1731 praefatis duobus fratribus Alexianis, deponens eosdem ad cubiculum dicti P. Leopoldi in infirmaria deduxit, qui P. Leopoldus sibi tunc plane praesens, sed maxime extenuatus et viribus exhaustus in suscipienda vincula se paratum promptumque exhibuit, quare praefatis fratribus Alexianis meditantibus eidem quinque vincula injicere, reposuit deponens commiseratione motus tria sufficere, praesertim considerato arctissimo nodorum, quibus constricta erant, ligamine: quare singulis tibiis unum tertiumque vinculum trunco corporis iniectum fuit a dictis Alexianis, qui duo alia vincula, quibus pro occurrente necessitate brachia quoque ligari possent, ibidem reliquerunt, F. Thadaeo qui tunc curam praefati P. Leopoldi in qualitate infirmarii gerebat a deponente (quantum eius fert memoria) animadvertere jusso, ut modum a dictis fratribus Alexianis in vinculorum nodatione, constrictione ac ligatione adhibitum observare et ediscere posset.

§ 80.
Triplici vinculorum nexu alligatur a fratribus Alexianis.

§ 81.
Duo alia vincula iidem relinquunt si forte sit iis opus.

Declarans sese successive ex dicto Fr. Thadaeo intellexisse, quod vespere eiusdem diei, metuens ne forte sub noctem ingravescentia deliriorum maiorem cautelam exigeret, pro maiori securitate dicto P. Leopoldo praefata duo alia vincula inie-

§ 82. Quae dein a Fr. Thadaeo ad majorem securisatem sunt allegata ad aegroti brachia.

cerit iisque eiusdem brachia arcte ligaverit. Quae praefatorum vinculorum irretitiones respectivo tempore matutino et vespere illius diei peractae fuerunt, quocirca medium noctis immediate sequentis praefatus P. Leopoldus e dictis vinculis miraculose liberatus est.

§ 83. Duratio, remissio et ingravescentia morbi.

*Et ad interr. 12 proc. fol. 25 terg.*:

Credit suprafatam infirmitatem P. Leopoldi durasse ultra duos menses, quae tamen interea sese notabiliter remisit per paucos dies, ita ut infirmariae valedicere pararet, sed mox denuo in eandem relapsus est, et sensim ut supra viribus omnibus exhaustus, declaratque quod durante tempore dictae infirmitatis adhibita passim fuerunt quamplurima remedia praescripta, videlicet a D. D. Steynen et Vilella, quorum primus inter alia remedia seu medicamenta praescripserat quoddam emplastrum capiti inserviens, ex quo dictus P. Leopoldus deponenti testatus est, se per aliquod tempus solamen quoddam dolori sui capitis percepisse.

§ 84. De remediis.

VII Testis *ad interr. 11 proc. fol. 27:*

Dicit nequaquam suae memoriae occurrere annum, mensem et diem, quibus suprafata infirmitas dicti P. Leopoldi a S. Joanne Baptista praecise inceperit, affirmans tamen a tribus circiter annis illam incepisse, dictumque P. Leopoldum sub initium hiemis in vel circa mensem novembris miraculose fuisse sanatum. Addens dictam infirmitatem durasse per duos facile menses ac incepisse gravissimo capitis dolore, acuta febre associato ac furibundis deliriis aliquando bis, aliquando ter de die redeuntibus adeo ingravescentibus, dictumque Patrem Leopoldum exaurientibus ut interea necessarium iudicatum fuerit dicto P. Leopoldo Sacramenta SS. Viatici et extremae Unctionis administrare, ac administrationi asserit deponens sese ipsum interfuisse, ulteriusque declarat sibi sub

quatuor aut quinque ultimis praefatae infirmitatis diebus, curam dicti P. Leopoldi in qualitate infirmarii a superioribus suprafati conventus Antuerpiensis (in quo deponens tunc philosofiae studebat) fuisse demandatam, quando praedictum Patrem Leopoldum in miserrimum statum delapsum invenit suprafatisque gravissimi capitis doloris, acutae febris, ac deliriorum symptomatibus eiusque viribus exhaustum, et ad tantam debilitatem redactum, ut facile bis, terve spatio unius horae in deliquia animi incideret, atque adeo deponens semper paratum habere deberet P. Leopoldo refocillando spiritum melissae (quam hic vulgo vocant aquam Carmeliticam). Cui corporis debilitati tanta quoque accessit stomachi debilitas, ut nil amplius solidioris cibi ferre posset, imo vix jusculum tandem ac vinum, quod saepe saepius etiam in modicissima quantitate sumptum evomens rejiciebat. Affirmatque deponens suprafatis quatuor aut quinque diebus praedictae infirmitatis, quibus dicto P. Leopoldo inservivit, eumdem eousque viribus fuisse destitutum, ut neque sese e lecto levare, neque in eumdem se deponere haudquaquam potuerit, sed deponentis, aliorumque hic inde assistentium brachiis ex eodem semper levandus et in eumdem reponendus fuerit. Hoc tamen eo magis mirandum dicit, quod non obstante tam extrema virium debilitate, non eo minus continuaverint suprafata furibundorum deliriorum symptomata pluries de die recurrentia et tanta quidem cum vehementia et atrocitate, ut sub iisdem deliriis vix plurimorum religiosorum assistentia cohiberi potuerit. Quemadmodum deponens de una notanter vice, qua tantisper e cubiculo dicti P. Leopoldi tunc tranquille decumbentis, ad vicinum infirmariae cubiculum, ad visitandum tantisper alium aegrotum secesserat, eodem

§ 85. Testis curam habuit aegroti postremis diebus.

§ 86. Adeo deplorata ejus conditio ut per horam bis terve animo linqueretur.

§ 87. Vix jusculum sumere poterat.

§ 88. Illudque evomebat.

§ 89. Vires omnes omnino abierant.

§ 90. Maxima interim erat deliriorum vehementia.

mox rediens magno cum stupore vidit dictum P. Leopoldum stantem super limbum camini, ferrum hypocausti manu tenentem, ac tam minaci conspectu ut deponens eumdem non ausus accedere, aliorum religiosorum assistentiam signo campanuli in infirmaria pendentis advocare debuerit, quo ex casu evenit, ut superiores conventus prae timore ne sub hujusmodi deliriis usque ingravescentibus vel ipsi P. Leopoldo, vel aliis funestius aliquid accideret: tandem consultum duxerint, ut eumdem vinculis irretiri curarent; cuius consilii vel ipse Pater Leopoldus per R. P. Epiphanium istius Conventus tunc temporis Priorem, suumque confessarium certior factus, sub initium restitit et repugnavit, utpote ignarus suorum praefatorum deliriorum quae hactenus prae charitate ipsum celata fuerant, ne nimium inde fuisset contristatus; quare ubi ex praefato R. P. Priore dictorum deliriorum furorem et vehementiam, imminentiaque et metuenda inde tam sibi, quam sibi adsistentibus infortunia intellexit, mox eidem R. P. Priori acquievit, seseque in praefata vincula paratum dixit, quemadmodum ex eodem R. P. Priore, qui tamquam Confessarius dicti Patris Leopoldi eidem seorsim solebat loqui, postea intellexit.

§ 91.
Quorum causa permisit vinculis se compesci.

*Et fol. 27 terg.*

Continuando depositionem suam dicit, quod suprafato P. Leopoldo per Rñdum Patrem supradicti conventus Priorem suumque confessarium ad suscipienda vincula, ut supra, disposito et parato, idem R. P. Prior advocari mandaverit duos fratres Alexianos. qui in eum finem in conventum venerunt tempore matutino sequentis diei, illius videlicet quo circa medium noctis immediate subsequentis sanatio Patris Leopoldi, cui deponens inserviebat, praesens aderat, deducti, eumdem P.

§ 92.
Ventris, tibiarum et brachiorum arctissima constrictio quinque vinculis perfecta fuse a teste describitur.

Leopoldum, qui tunc temporis e lecto suo a deponente tantisper levatus foco assidebat, denuo in lectum reposuerunt, et ex quinque vinculis, quae secum contulerant, eundem tribus illigarunt, duobus scilicet utramque respective tibiam et altero truncum corporis complectentibus, ipsis vinculis arcta inflexorum nodorum constrictione occlusis, et eorumdem funiculorum plus una inflexione respectivis lecticae partibus valide adstrictis et ligatis. Deponente interea animadvertere iusso modum praefatorum nodorum, ligaminum et implicationum a dictis fratribus Alexianis adhibitum, ut pro occurrente necessitate, eumdem Patrem Leopoldum aliis quoque duobus vinculis, quae ligandis brachiis inservire possent, irretiret dictis duobus vinculis eum in finem a praefatis fratribus Alexianis in isto cubiculo relictis, quorum scilicet usum pendente die P. Leopoldo cohibendo haud ita necessarium iudicabant; caeterum declarat dictum P. Leopoldum praefatis vinculis ita ab istis fratribus Alexianis irretitum decubuisse usque in horam quartam circiter pomeridianam, quando deponens ut lectum eiusdem reficeret praefatorum vinculorum ligamina, quibus lecticae adhaerebant, tantisper dissolvit, intactis tamen et arcte semper remanentibus occlusis dictorum vinculorum nodis, quibus ipsas tibias et truncum corporis coarctaverant, iisdemque vinculis eidem semper adhaerentibus, dictum Patrem Leopoldum prae extrema debilitate omnino impotentem e lecto super brachia sua levatum sedi imposuit, ex quo eundem post unum forte quadrantem horae denuo super brachia sua levatum in lectum reposuit praefatorumque vinculorum funiculos respectivis lecticae partibus denuo adstrinxit eo modo quem a suprafatis fratribus Alexianis adhibitum observaverat. Ulterius declarans quomodo circa horam septimam vespertinam, superveniente dicto P. Leopoldo gravi delirio, consultum duxit ut eidem mox suprafata

duo alia vincula pro cohibendis brachiis a supradictis fratribus Alexianis ibidem relicta iniiceret; quemadmodum revera illum iisdem irretivit, nodatis et implicatis ac respectivis partibus lecticae adstrictis eodem plane modo ut supra a dictis fratribus Alexianis usitato: videlicet brachio sinistro arctissime lecticae adstricto, sed brachio dextro aliquali libertate relicta, eatenus scilicet ut funiculum campanulae aegrotorii, ea ratione a deponente manui dextrae appositum, pro occurrente necessitate trahere posset et signum dare subsidio aut assistentiae deponentis sibi interea fortasse ad se revenienti necessario, non ea tamen dictae manui dexterae a deponente relicta libertate ut vel ullo possibili modo eam dictus Pater Leopoldus ulterius extendere posset, aut sua vincula vel ullatenus attingere; quibus ita peractis, instante hora coenae deponens se ad refectorium contulit, dicto P. Leopoldo in eiusmodi delirii et vinculorum ligaminis statu relicto. Post finitam vero caenam denuo rediit deponens ad cubiculum dicti P. Leopoldi ut supra vinculati et decumbentis, collato secum jusculo quo eundem reficeret. Quo ab eodem, qui interea temporis ex praefato delirio ad se redierat, sumpto, rursus tantisper deponens inde recessit dictumque P. Leopoldum denuo sibi soli reliquit, donec circa horam 10 eodem reversus eiusdem P. Leopoldi suprafata vincula arctius quam ante partibus lecticae adstrinxit, prout dictus P. Leopoldus ex praefato delirio ad se reversus post sumptum dictum iusculum deponentem expresse rogaverat. Simulque recordatus a se observatum, quod vinculum corporis truneum constringens non nihil largius sibi videretur, idem funiculo quodam, quem in illum finem secum contulerat, arctius constrinxit, ac deinceps omnibus ac singulis suprafatis quinque vinculis exacte examinatis, omnibus eo modo repertis,

§ 93.
Ita ligatus jacebat ut minime posset sua vincula manibus tangere.

§ 94.
Ab ejus cella recedens testis vincula arctius etiam adstringit et perfecte composita atque ln impossibili per aegrum dissolutione relinquit.

ut nihil illis quoad nodos implicationes et ligamina omnino deesset. Deponens tandem sese ad cellam suam et quietem nocturnam recepit, admonito prius per deponentem ex mandato superiorum vigile conventus, cuius tunc vices erant, et per schedulam affixam admonitis similiter sequentibus respective vigilibus ut singulis ad minus horis ad cubiculum dicti P. Leopoldi auscultarent, an nihil ei deesset, aut peius supervenisset, et ubi assistentia deponentis necessaria videretur, mox eum e sua cella advocarent etc.

*Et ad interr. 12 proc. fol. 30*

Dicit suprafatam patris Leopoldi infirmitatem (uti etiam supra testatus est) durasse per duos circiter menses, quamvis sub initium aut medium hinc inde remissior fuerit, numquam tamen plene cessaverit. Toto vero tempore quo patris Leopoldi cura deponenti demandata fuit, asserit eandem infirmitatem in dies majus ac majus sumpsisse incrementum.

§ 95.
Quandiu testis aegroto adstitit, morbus usque in deterius abiit.

*Et ad interr. 13 proc. fol. 30*

Dicit medicamenta adhibita hinc inde levamen aliquod attulisse, sed etiam statum morbi reddidisse deteriorem: tamdemque praefatos Medicos deponenti fassos esse, se operam perdere curamque saepe dicti infirmi quasi pro derelicta et desperata habere, ea scilicet ratione, quod nequidquam adhibitis tot remediis praefata infirmitas in deteriorem statum usque delaberetur.

§ 96.
Medelis nihil proficientibus curatio fere pro desperata habita.

VIII Testis *ad interr. 11-12 (Versionis italicae fol. 3 terg.)*

Dice di non sapere altro riguardo a questa cosa, se non che egli comparente, sono ora circa due anni passati, in tempo di inverno, non ricordandosi precisamente l' anno, giorno o mese, fu dal suo superiore, a richiesta, come egli crede, del R. P. Priore dei Padri Carmelitani Scalzi, mandato nel convento dei suddetti Padri Scalzi

§ 97.
Alter e fratribus Alexianis describit operam a sese adhibitam in P. Leopoldo alligando.

con il soprascritto fratello Alessio de Vry per ivi arrestare e legare un certo Padre, il di cui nome è ignoto al deponente, ma ben sapendo e ricordandosi, che egli comparente con il sopra scritto fratello essendo arrivato poco prima del pranzo nel suddetto convento, subito è stato condotto nella camera, nella quale egli ha trovato il soprascritto Padre infermo in piedi avanti ad un piccolo cammino in tale atteggiamento, che facilmente si poteva conoscere, che in quel momento non era presente in se stesso, nè godeva l'uso della ragione, e subito egli deponente e il suo suddetto confratello hanno preso il detto Padre, e gettato sul suo letto, e lasciandosi cadere sopra di esso, l' anno legato sotto il petto con una fascia, quale il deponente subito ha annodato alla schiena in proporzione del capo del suddetto infermo Padre con doppio nodo, il che essendo terminato, il comparente col suddetto fratello Alessio hanno subito legato le cordicelle, o estremità del suddetto nodo con diverse contorzioni alle due aste del capo del letto, in tal guisa che il suddetto infermo non poteva in verun modo muoversi: dopo di che hanno parimenti con altri legami legato il suddetto Padre alle braccia e alle gambe, e per quanto deponente si ricorda, dice esser certo che egli deponente stesso ha legato la gamba sinistra e fortemente serrata, e la cordicella del detto nodo con diverse contorsioni legata all' asta sinistra del suddetto letto, in qual tempo il soprascritto fratello Alessio ha parimenti legato il detto Padre dalla parte diritta; aggiungendo che i suddetti legami erano così fortemente annodati che sembra impossibile al deponente che gli stessi legami intatti rimanendo e così fortemente annodati abbia il suddetto infermo Padre in modo naturale potuto sortire libero.

X Testis *ad interr. 11 (Versionis italicae) fol. 14 terg.*

Dice che la sua notizia riguardo a questo consiste in ciò, che egli deponente sono già circa tre anni per quanto si ricorda, nel principio del mese di novembre fu dai suoi superiori mandato circa le ore undici della mattina al convento dei soprascritti Padri Carmelitani scalzi insieme col suo Confratello Giovanni Parson per ivi legare un certo Religioso, al quale fine essi avevano preso seco cinque legacce, cioè due per mani, due per piedi e l' altra per legarlo intorno la vita, che essendo essi nella suddetta ora giunti nel sopra scritto convento, il P. Sottopriore essendo di ciò stato informato, egli subito li raggiunge domandando, se potevano indicare qualcuno dei religiosi per insegnare la maniera, colla quale le predette legacce dovevano essere strette, per timore che quello che doveva essere legato coi medesimi avrebbe forse avuto troppa paura di farsi legare dal deponente, e il sopradetto suo confratello, sopra di che avendo risposto il deponente, che volentieri avrebbe insegnato a qualcuno dei religiosi il richiesto modo ed istruzione; dopo di che il P. Sottopriore essendosi per alcun tempo separato da essi per parlarne col religioso che doveva colle suddette legacce essere stretto, ed essendo subito ritornati dichiarò il suddetto P. Sottopriore che il nominato religioso riguardo a questo era contento, pregando nel tempo stesso il deponente ed il suo confratello di volerlo seguire nella camera del detto religioso, dove essendo giunto egli deponente, trovato il suddetto religioso, il di cui nome intese essere Padre Leopoldo, seduto avanti un piccolo camino in una miserabile e inferma posizione, come era facile

§ 98.
Ejusdem socii in constrixtionis opere testimonium.

di osservare dal pallore della faccia, ed al deponente inoltre costò dal tasto del polso, avendolo trovato in una estrema debolezza, e non ostante che il deponente abbia allora trovato il detto Padre in piena cognizione e sentimenti, intese nulladimeno dai religiosi che ivi si trovavano presenti, che il detto P. Leopoldo bene spesso era preso da tal demenza e furia, che non era possibile di poterlo contenere senza grave pericolo di una qualche gran disgrazia che potesse seguire, al segno che il detto P. Leopoldo il giorno avanti in un accesso delle dette furie era salito sopra la cornice del cammino stando diritto in piedi sulla medesima, con un ferro nella mano, minacciando tutti quelli che gli si presentavano avanti, al segno che egli stesso trovandosi in gran pericolo di un misero fine non senza simil pericolo di quei che volevano domarlo, ha potuto essere sforzato; il che tutto fu la ragione, per la quale il deponente e suo confratello erano stati chiamati per pervenire simili ulteriori pericoli e disgrazie; e siccome il detto P. Leopoldo si mostrò pronto e contento per la soprascritta legazione, fu egli da un religioso ivi presente preso dalla sua sedia e messo a letto, non essendo capace di andarvici da sè a cagione della sua grandissima debolezza, come egli deponente lo trovò veramente in tal debolezza che giudicò che era impossibile al detto P. Leopoldo di potere raggiungere il letto da sè senza esservi portato, e dichiarando inoltre che il detto P. Leopoldo essendo stato posto a letto, egli il deponente ed il detto suo confratello hanno prima legato e stretto con differenti nodi intorno alla vita, legando nel tempo stesso le cordicelle della fascia alle sbarre inferiori del letto, dopo di che essi hanno legato il detto P. Leo-

poldo con altre due legacce rispettivamente ad ogni gamba sopra il collo del piede, e fortemente serrato e annodato come sopra, avendo nel tempo stesso fortemente legate le cordicelle delle medesime ai stipiti dei piedi del suddetto letto. Ed essendo egli il comparente ed il suo confratello disposti di anche legarlo colle due altre legacce, che dovevano servire per le braccia o mani, gli fu detto da uno dei presenti giovani religiosi, il di cui nome è ignoto al deponente, di non legarlo allora, essendo il detto P. Leopoldo in quel momento presente a se stesso, non giudicò in quell'istante la cosa necessaria, ma che il deponente, avesse insegnato ad esso giovine Religioso come doveva, in caso di bisogno, legare le dette legacce, e colle medesime stringere ed annodarlo, come egli deponente dichiara di avere insegnato ciò al medesimo religioso, acciocchè in caso di qualche nuovo accesso di demenza e furia potesse servirsene, al quale fine egli deponente col suo confratello di là partendo lasciarono le suddette legacce nella camera.

XI Testis *ad interr. 11 proc. fol. 39 terg. respondit:*

§ 99. Medicus ter invisit aegrotum, incrementa morbi testatur vice tertia.

Se pro prima vice incepisse visitare suprafatum P. F. Leopoldum a S. Joanne Baptista die 28 Septembris 1731 ad eumdem vocatum quia alter istius medicus conventus (qui eiusdem prius per plures dies curam habuerat) eumdem illo die non accesserat: declaratque deponens a se dictum P. Leopoldum illo die repertum fuisse laborantem vaga febri et remittenti, cum capitis doloribus ac febris exacerbatione cum spirituum animalium ataxia; cuius causam putat atram bilem commotam; cum aeger esset temperamenti melancholici, ac caput versus vergentem: qua

propter praescripto enemate, vescicatorio ad nucham et potu conveniente, ac postero die rediens et intelligens ab altero praefato Medico (qui interea dictum aegrum denuo visitaverat) alia remedia fuisse praescripta, declarat se ea ratione minus contentum, inde recessisse seseque ulteriori curae dicti aegri subtraxisse donec 2 Octobris subsecuti, denuo ad eumdem aegrum expresse vocatus fuit, quando ipsum offendit in morbi incremento, paroxismis intensioribus cum deliriis, sed ut supra vagis et remittentibus: quapropter iterato enemate et vesicantibus utrique tibiae admotis, febrim tentavit eradicare cortice China Chinae cum nitro, qui tribus diebus subsequentibus exhibitus fuit ac multum inde imminuta febris. Die autem 6 eiusdem mensis Octobris praescriptum alterius medici suprafati iterum offendens in libro medicamentorum istius conventus cum cortice China Chinae calidioribus immixtis, quod dispositioni aegri contrarium judicabat, ea ratione non parum commotus curam dicti aegri plane abdicavit, nec amplius eundem toto suae praefatae infirmitatis subsequente tempore invisit.

§ 100. Aegrum derelinquit discrepans a sententia alterius medici qui erat a curatione.

XII Testis, *ad interr. 11 proc. fol. 42*:

Testatur praefatum Patrem Leopoldum a Sancto Joanne Baptista aegrotari coepisse sub initium mensis septembris anni 1731, seque deponentem utpote seniorem Medicum ordinarium istius conventus, die 3.ª dicti Mensis ad visitandum praedictum Patrem Leopoldum fuisse vocatum, quando eumdem invenit laborantem catharro periodica in dies successive ingravescente, ac notabili insuper capitis gravedine stipata a die 8.ª ejusdem mensis circiter usque ad 20., quando graviores etiam capitis dolores mox successerunt, atque ipsa febris

§ 101. Medicus ordinarius coenobii testis initio Septembris 1731 ad aegrum vocatur.

§ 102. Referuntur symptomata morbi. dolores capitis, catharrus, febris ejusque natura.

in dies incrementum sumpsit, sese quidem in dies remittens, sed non plene cessans, quam febrim intitulat testis synochum simplicem, eaque etiamnum magis in dies ingravescente, cum deliriorum symptomatibus, iussu deponentis, dictus P. Leopoldus extremis sacramentis munitus fuit, cumque dicta febris durasset per duas tresve septimanas, applicato tandem ex ordinatione deponentis emplastro de betonica totum cranium infirmi complectente, dicta febris omnino cessare coepit, simulque gravissimi capitis dolores, quibus idem infirmus eousque incessanter obnoxius fuerat, et furibunda deliria, quae in dies illi cum incremento dictae febris superveniebant, mediante praefato emplastro similiter cessare coeperunt, dictusque infirmus per aliquot dies reconvalescens, deposito interea praefato emplastro, denuo reincidit in eumdem morbum, gravioribus etiam quam antea capitis doloribus ac deliriis magis furibundis stipatum, quorum medelae praefatum emplastrum deponens rursum reapplicari mandavit, nullo tamen inde tunc temporis levamine subsecuto, applicatis insuper, sed frustra et incassum, venae sectionis vescicatoriis, aliisque remediis, quae deponens ullo modo infirmi curae idonea judicabat, atque exinde idem infirmus in deteriorem statum in dies delapsus est, praefatis deliriis majori cum ferocia ingravescentibus, usque eo ut tres, quatuor, aut plures subinde religiosi eidem cohibendo vix sufficerent, ut ipse testis pluribus vicibus id ipsum a se visum affirmat, quin a praefato die reincidentiae, dictorum morborum complicationi, testatur insuper accessisse symptomata debilitatis stomachi nil amplius solidi ferentis, frequentium evomitionum ac deliquiorum animi, quibus omnibus ita exhauriebatur praefatus infirmus, ut deponens absolute judicaret, eumdem eo usque viribus suis destitutum, ut naturaliter loquendo in simili statu

§ 103.
Levamen aliquod morbi quod applicationi cujusdam emplastri medicus tribuit.

§ 104.
Morbo recrudescente emplastrum idem aliaque remedia nihil profecerunt.

§ 105.
Eo morbus devenit ut de aegri vita actum intra tres vel quatuor dies judicaverit.

ultra tres quatuorve dies vitàm protrahere nullatenus posset.

*Et ad interr. 13 proc. fol. 43*:

Referendo se ad superiorem suam depositionem super interrogatorio 11° dicit inde patere praememorata medicamenta, ac praecipue emplastrum de betonica tantum levamen aegro attulisse, ut revera per aliquot dies aliquo usque reconvaluerit, sed post relapsum ejusdem infirmi, accedentibus insuper novis symptomatibus in praedicta sua depositione memoratis ac prioribus morbis vehementius etiam, quam antea, tunc ingravescentibus, declarat deponens aliqua ex praedictis remediis tunc ob virium debilitatem applicari non potuisse, alia vero nullum amplius levamen attulisse, ita ut idem deponens tandem curam dicti Patris Leopoldi naturaliter loquendo desperatam judicaverit, eo videlicet fundamento quod ingravescentibus ut supra praefatorum acutae febris, gravissimi capitis doris, ferocissimorum deliriorum, stomachi frequentissimarum evomitionum, animi deliquiorum symptomatibus, ita sensim praefatus aeger viribus exhaustus jaceret, ut nec stomacho omnia reicienti, nec corpori eo usque debilitato ulla amplius remedia applicari possent, qemadmodum deponens duobus aut tribus ultimis diebus ulla praescribere nequaquam ausus est.

§ 106.
Ideo curatio omnis abiecta.

# DE MEDIO

SEU

# DE INVOCATIONE

I Testis *ad interr. 11 proc. fol. 7* :

Quod vero dictum miraculum in sua persona ab Altissimo patratum intercessione V. M. Annae a S. Bartholomaeo adscribendum credat, ea ratione movetur quod immediate post formatum et emissum votum peragendae novenae in honorem SS. Trinitatis, ut per intercessionem dictae V. M. Annae a Sancto Bartholomaeo convalescere posset (quemadmodum latius in superiori sua depositione ad decimum interrogatorum), subito et instantanee se sanitati suae restitutum senserit et vinculis, quibus constrictus jacebat, prodigiose expeditum.

§ 1.
Invocata Ven. Annae intercessione aeger sensit se illico sanatum et expeditum.

*Et fol. 8 ad 15 interr.*

Se tempore suprafatae suae infirmitatis non invocasse alium sanctum vel sanctam praeter dictam V. M. Annam a S.Bartholomaeo, erga quam singularem tunc temporis ex consilio suprafati sui confessarii devotionem conceperat, insuper declarans nullas sibi tempore dictae suae infirmitatis applicatas fuisse reliquias alicuius sancti vel sanctae, nec etiam dictae Ven.M.Annae a S.Bartholomaeo.

§ 2.
Nulli ex caelitibus sese commendasse testatur sanatus praeterquam Ven. Annae.

II Testis, *ad 10 interr. proc. fol. 10 terg.*

Quod cum praefato in hesterna sua depositione die ad cubiculum dicti P. Leopoldi in infirmaria ut supra vocatus praefata vincula admirando vidisset, magis stupuit, ubi ex eodem P. Leopoldo totam subitaneae sanationis et miraculosae e dictis vinculis expeditionis seriem intellexit : narrante

§ 3.
Invocationis rationem testis e sanati ore accepit

scilicet et sancte affirmante eodem P. Leopoldo, quomodo in tam diuturno (quo laboraverat) morbo vehementissimo, eoque continuo capitis dolore frequentissimorumque deliriorum symptomatibus stipato, cui medendo nequaquam hactenus profuerant quaecumque medicinae remedia adhibita et praescripta, tandem ex consilio confessarii sui statuerit recurrere ad remedia supernaturalia, ac singulari devotione concepta erga V. M. Annam a S.Bartholomaeo proposuerit instituere novenam in honorem SS. Trinitatis, in dies per dictam novenam sumendo sacram Synaxim, et ex pulvisculis de sepulchro dictae V.M. Annae desumptis, ut per eiusdem intercessionem perfectam sanitatem consequi mereretur. Quodque executione huiusmodi propositi inchoata quidem, sed occasione supervenientis delirii interrupta tandem, cum prae deliriorum frequentia et ferocitate vinculis ut supra innodatus jaceret, denuo ardentiorem erga praefatam V.M. Annam a S. Bartholomaeo devotionem concipiens dolensque intermissam a se praefati propositi executionem, idem propositum in absolutum votum convertit, quocumque possibili modo perfecte exequendum.

III Testis *ad 11 interr. proc. fol. 13 terg.*

§ 4.
Testis sanati confessarius auctor fuit invocandi Ven. Annae patrocinii.

Interea deponens vocatus ad audiendam (sub deliriorum praefatorum cessantium intervallo) confessionem dicti P. Leopoldi, eadem audita, considerans miserum dicti P. Leopoldi corporalem statum in quo potuisset per multos annos manere, nullamque videns spem revalescendi superesse et remedia medicorum nihil aut parum efficere, consuluit dicto P. Leopoldo ut confugeret ad supernaturalia remedia, scilicet ad Dominum Deum, ad invocationem sanctorum et praecipue V. M. Annae a S.Bartholomaeo, ut eius intercessione pristinam recuperaret sanitatem, utpote per cuius in-

tercessionem multa mirabilia Deus patravit, in quem finem dicto P. Leopoldo deponens tradidit, quos apud se habebat, pulveres sepulchri praedictae V. M. Annae a S. Bartholomaeo ter de die per integram novenam sumendos, singulae sumptioni subjiungendo ter Pater et Ave, et post unumquodque Pater et Ave semel Gloria Patri et Filio etc. in honorem SS. Trinitatis, quibus auditis, praefatus P. Leopoldus consilio deponentis annuit, magnamque coepit habere confidentiam ita ut illico a deponente petierit licentiam per integram illam novenam communicandi de corpore Christi Domini, incipiendo die lunae sequenti, qui incidebat in quintam novembris eiusdem anni 1731; qua licentia eidem a deponente concessa, dictaque novena praefato die lunae inchoata, eadem brevi ab eodem P. Leopoldo interrupta fuit ratione deliriorum et stomachi evomitionum vel animi deliquiorum, magis ac magis in dies ingravescentium.

*Et ad interr. 15 proc. fol. 15*:

§ 5. Unius Ven. Annae intercessio implorata.

Dicit se nullatenus scire praeter invocationem praefatae V. M. Annae a S. Bartholomaeo et applicationem pulverum ex sepulcro eius desumptorum, nullum alium sanctum vel sanctam, in finem obtinendae sanationis, a P. Leopoldo fuisse invocatos vel aliorum sanctorum applicatas fuisse reliquias, quemadmodum deponens testatur sibi a dicto P. Leopoldo sancte fuisse affirmatum.

IV Testis *ad interr. 14 proc. fol. 20*:

§ 6. Eadem per alios testes confirmantur.

Addens dictum P. Leopoldum tempore inchoatae ex formato proposito novenae aliquoties sumpsisse pulvisculos de sepulchro dictae V. M. Annae a S. Bartholomaeo desumptos, quorum pulvisculorum sumptio etiam continuanda erat per totam novenam, cuius omni possibili modo exequendae formale votum de post, ut supra, emiserat.

*Et ad interr. 15 proc. fol. 20:*

Declarat se neque scire neque ullo modo credere aut suspicari ullos alios sanctos, a praedicto Patre Leopoldo tempore saepe dictae infirmitatis praeter dictam V. M. Annam fuisse invocatos, vel ullorum aliorum sanctorum reliquias fuisse applicatas, ita ut ulli alteri praefata eiusdem P. Leopoldi sanatio tribui possit, quam intercessioni dictae V. M. Annae.

V Testis *ad interr. 15 proc. fol. 22 terg.*

Declarat se nullatenus scire, nec unquam audivisse, quod de tempore suprafatae invocationis seu applicationis pulvisculorum sepulchri saepedictae V. M. Annae a Sancto Bartholomaeo invocati fuerint alii sancti vel applicatae aliorum sanctorum reliquiae, quorum intercessioni, potius quam dictae V. M. Annae, praelibata miraculosa sanatio tribui posset.

# DE ALTERO MIRACULI EXTREMO

SEU DE

# INSTANTANEA ET PERFECTA SANATIONE

I Testis *ad interr. 10 proc. fol. 5 terg. respondit:*

Cum de repente deponens incidit in semideliquium animi, sub quo nec sibi plene praesens, nec etiam a mente poenitus alienus visus est, quo vix ultra unum Pater et Ave durante, tremorem aliquem corporis et membrorum contractionem de repente sensit, sub qua membrorum contractione etiam sensit brachia sua a vinculis, quibus se prius sciebat innodatum, libera et soluta, eoque eventu stupens et exiliens, expertus est se etiam corpore liberum, nec aliquid de miraculo suspicatus, manus applicuit ut vinculum quaereret, quo truncus corporis fuerat innodatus, quod sub corpore plicatum jacens mox examinavit, an forte diruptum esset, sed integrum reperiens, et prae stupore ac admiratione tibias retrahens, easdem quoque a suis respective vinculis expeditas sensit.

§ 1. Facta invocatione, de repente post quoddam breve semideliquium sensit se omnibus vinculis expeditum.

*Et fol. 5 terg. ad 10:*

Prosequendo dixit: quod sibi ita sese vinculis expeditum sentienti, mox prae stupore eventus tam prodigiosi toto corpore eruperit copiosus sudor, nullumque amplius ex eo momento capitis dolorem senserit, nullamque febrim, quique jam per tot dies se senserat viribus exhaustum et inertem, iisdem ab eodem momento se sensit

§ 2. Abierat statim capitis dolor et febris.

§ 3.
Integrae vires statim reversae ac si nulla laborasset infirmitate.
§ 4.
Evanuerant omnia morbi symptomata.

plane restitutum, ac si nulla infirmitate praevia laborasset, nullis etiam amplius redeuntibus deliriorum, animi deliquiorum, aut stomachi evomitionum symptomatibus, ex quo iam plene persuasus de miraculo erga se divina bonitate per intercessionem V. M. Annae a S. Bartholomaeo patrato, mox desuper incepit Deo laudem dicere (pro occurrentibus animo variis diversisque Psalmorum versiculis videlicet), prout hactenus illorum meminit: *Magnificate Dominum mecum, congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum. Dextera Domini fecit virtutem. Dextera Domini exaltavit me; non moriar sed vivam et narrabo opera Domini. Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me; disrupit vincula mea Dominus.* Quo in statu aliquo tempore remanens, mox circa cubiculum suum audivit venientem vigilem conventus, scilicet F. Laicum nomine Franciscum a Puero Jesu, quem voce interpellavit, qui tamen (uti postea deponenti declaravit) praefata interpellatione audita cubiculum deponentis ingredi non est ausus, sibi ab eiusdem deliriis nimium metuens; quare eodem inde digresso, deponens bis tertioqne tracto funiculo cuiusdam campanulae infirmorum necessitati inservientis, denuo vigilem sonitu dictae campanulae interpellavit, quo signo audito, alter vigil nomine F. Lucas tandem ad cubiculum deponentis accessit, eidemque attonito, quod deponentem tanto sudore madentem cerneret, nil tamen eorum quae sibi evenerant enarravit, sed unice rogavit, ut vocatum iret F. Tiburtium a S. Nicolao specialem deponentis amicum, qui F. Tiburtius cum paulo post eodem advenisset, deponens eidem mox enarravit mirabilia, quae sibi acciderant: qui F. Tiburtius vocato mox F. Thadaeo a S. Petro cum eodem vinculorum situm et di-

§ 5.
Persuasus de miraculo in agendas Deo gratias sese effundit.

§ 6.
Sonitu campanulae accivit sodalem.

§ 7.
P. Tiburtio accurrenti enarrat sanatus quae sibi acciderant.

spositionem, adhibito lumine, curiose perscrutatus est et ambo dicta vincula viderunt (uti et ipse deponens sese vidisse testatur) integra, illaesa et occlusa ac nodata respectivis lectivae partibus adstricta, et ad pedem lateraque dictae lecticae jacentia, corporali vinculo snb trunco corporis deponentis jacente plicato. Cumque praefati duo Fratres super iis omnibus haerentes attoniti intenderent eorumdem certiores reddere R. P. Superiorem (nempe absente a civitate R. P. Priore) et alios aliquos Patres istius conventus, rogavit deponens ne id facerent, dicens sese ipsum orationi mentali hora quinta matutina in choro adfuturum, ut omnibus innotesceret eventus tam admirabilis, simulque rogavit praedictos duos FF. Tiburtium et Thadaeum, ut sese denuo ad cubicula sua et quietem referre vellent. Interim deponens reliquo noctis prae laetitia quietis incapax et insuper mora impatiens, ut suprafatae orationi mentali mature interesset, audito dein tintinabulo praeludente horae quartae matutinae, sibique persuasus horam quintam sonandam, mox e lecto prosiliit, omnibusque suis vestimentis (quae nesciebat ubi essent reposita) quasi sponte sub caligantibus tenebris in manus deponentis occurrentibus, eadem tam festinanter sibi induit, ac si eadem parata ad manum habuisset, ut non meminerit se unquam, tam ante quam post, tantillo tempore fuisse indutum. Illicoque et in continenti non minori festinatione in tenebris ad chorum cucurrit, ut primus ibidem orationi mentali (sicut antea proposuerat) interesset. Quo adveniens, nullumque ibidem ad dictam orationem mentalem luminum apparatum videns, suum circa horam errorem advertit, atque interim se recepit in templum, ibidemque ante sacrarium summi altaris per tres circiter horae quadrantes genu-

§ 8.
Vincula e quibus evaserat integra, illaesa et nodis complexa inveniuntur.

§ 9.
Ne factum statim evulgent sanatus rogat, adfuturus ipse in choro receptae sanitatis testis.

§ 10.
Audiens tintinnabuli sonitum, putans adesse horam matutinam quintam, e lecto prosilit.

§ 11.
Vestes cito induit sibi in manus veluti sponte occurrentes.

§ 12.
Venit in chorum ubi horam sese antevertisse comperit.

§ 13.
Tribus horae quadrantibus orat flexis genibus.

flexus Deum adorat gratiasque agit de tam subitanea ac miraculosa sanatione sua, ac prodigiosa vinculorum suorum expeditione per intercessionem V. M. Annae a Sancto Bartholomaeo divinitus praestita et concessa, ac successive ante omnes alios religiosos in choro ad praefatam orationem mentalem comparuit, ubi ab advenientibus aliis religiosis autumantibus deponentem istuc in delirio accurrisse cum stupore visus et agnitus, et ab aliis R. P. Subpriori delatus, ab eodem per F. nunc P. Augustinum a S.to Humberto ex choro ad cubiculum suum reduci iussus, eatenus reluctavit, identidem affirmans et repetens, quod se bene haberet, et esset mentis compos, et quod postea oratione finita plene enarrasset quae sibi acciderant. Cum tamen praefatus P. Subprior huiusmodi deponentis assertioni non acquiesceret, sed sub stricta obedientia deponenti mandaret, ut illico e choro ad suum in infirmariam cubiculum rediret, declarat deponens se illico obedivisse, seque ad praefatum cubiculnm recepisse, subsequente praefato Patre Augustino, a dicto Patre Subpriore invigilare et deponentem observare iusso. Cum vero idem Fr. Augustinus manum deponenti praebere vellet eumdemque deducere, reposuit deponens se nequaquam eius indigere ducatu et auxilio, sed sese mox ei enarraturum quae sibi divinitus acciderant miracula, quemadmodum ad cubiculum suum in infirmaria redux eadem dicto F. Augustino et supervenientibus eodem Subpriori, aliisque PP. Religiosis plene enarravit. Caeterum declarat se, qui per tot antecedenter dies ea stomachi nausea et debilitate laboraverat ut vix aliquid solidioris nutrimenti, imo ne iusculum quidem ferre posset, praefato tempore matutino repentinam suam sanitatem subsecuto, circa horam

§ 14. Conspicitur in choro a territis sodalibus existimantibus illuc per delirium venisse.

§ 15. Non creditur affirmanti sese bene habere, et obedientiae praecepto imperatu illi ut in cubiculum redeat.

§ 16. Eo reversus enarrat miraculi seriem.

§ 17. Eo ipso die magnam ciborum copiam sumit.

sextam sumpserit pulmentum non exiguum ex lacte, ovis et saccharo confectum, circa medium vero horae nonae subsequentis cum bono gustu et appetitu manducavit duo butyratia non mediocria cum aliquot pomis assis, hora vero prandii, sive undecima, cum de mandato superiorum deponenti praeparassent vel praeparare intenderent carnes et iusculum, nequaquam ea sibi praeparari voluit, sed ex tribus conventus portionibus communibus et una quarta extraordinaria abunde comedit, superadditis tribus aut quatuor vini vitris. Circa medium vero horae quartae pomeridianae, cum a medico suo Domino Joanne Steynen de statu deponentis ex narratione illi in civitate facta admodum attonito inviseretur, et ab eodem in plena et vegeta sanitate repertus, cum eodem quatuor aut quinque vitra vini sumpsit, juncto uno butyratio; circa horam vero sextam vespertinam avide sumpsit portionem bonam pomorum vino et saccharo decoctorum, ac demum circa horam nonam vespertinam huiusmodi dietam conclusit, ut supra inceperat, pulmento bono ex lacte, ovis et saccharo. Postero vero die Sabbathi, quae 10 eiusdem mensis Novembris pro inchoanda novena juxta votum suum, ut supra, immediate ante sanationem suam et vinculorum suorum expeditionem emissum, sese contulit hora circiter nona matutina aut medio decimae ad conventum Monialium Ordinis Carmelitarum Discalceatarum dictarum Hispanarum, in quo quiescit corpus suprafatae V. M. Annae a S. Bartholomaeo eiusdem conventus quondam Priorissae, ibidemque ad summum altare primum novenae suae Sacrum cum gratiarum actione persolvit, eodem vero absoluto, ex dicto conventu, comite R. P. Epiphanio a S. Alberto tunc Priore suo, se contulit ad Palatium Episcopale enarra-

§ 18.
Postero die sacrum facit in ecclesia Monialium Excalceat. et post horam duodecimam validis viribus licet jejunus redit ad coenobium.

turus Illmo ac Revmo Dño Episcopo prodigiosam et miraculosam eorum quae sibi acciderant eventuum seriem. Qua enarratione dicto Illmo ac Revmo Dño facta, inde ad conventum suum demum rediit post horam duodecimam meridianam adhuc jejunus, nec tamen debilis.

*Et ad interr. 16 proc. fol. 8 terg.*

§ 19. Sanatio perfecta est in instanti.

Dicit miraculosam suam sanationem ac prodigiosam vinculorum expeditionem contigisse in instanti et a se perceptam fuisse post semianimi deliquium, quod vix durasse potuit per unum Pater et Ave, ex quo reveniens se sensit omnibus suis vinculis expeditum et exinde sanum et vegetum, uti etiam compertus fuit ab omnibus conventus religiosis et ab expertissimo Dño Joanne Steynen super sanatione tam repentina stupente et attonito, dum visitatum venerat deponentem die sanationem immediate subsequente, prout interim latius in depositionibus suprascriptis ad dicta interrogatoria 10 et 11.

§ 20. Sanum et vegetum viderunt sodales et medicus.

*Et ad interr. 17 proc. fol. 8 terg.*

§ 21. Sanatio fuit perfecta et constans.

Recuperatam suam miraculosam sanationem ex eo tempore adeo fuisse perfectam, ut nullum amplius ex ea infirmitate incommodum aut capitis dolorem passus fuerit, continuando semper in omnimoda valetudine ac idoneitate gerendi omnes functiones et actus proprios sui status.

II Testis *ad interr. 10 proc. fol. 10 terg. respondit :*

Quo voto vix firmato, narrabat P. Leopoldus a S. Joanne Baptista, se mox quasi in somnum aut semianimi deliquium incidisse, ex quo vix ultra unum Pater et Ave durante se revenientem aut evigilantem sensisse ab omnibus sese vinculis integris et illaesis (quemadmodum a deponente ut supra visa et examinata fuere) insensi-

biliter expeditum, simulque plenae et perfectae sanitati subitanee restitutum, nullisque amplius dolorum capitis deliriorumve simptomatibus obnoxium, suisque viribus quibus pridie exhaustus jacebat, plene restitutum: quemadmodum deponens testatur se tempore matutino dictam subitaneam sanationem et prodigiosam e vinculis expeditionem immediate subsecuto vidisse eumdem P. Leopoldum plane vegetum et sanum suisque viribus omnino restitutum, ubi etiam deponens admirari satis non potuit dictum P. Leopoldum, cuius nauseans et debilitatus stomachus per tot ante dies vix jusculum ferre poterat, tam subitanee recuperatis stomachi viribus, jam avide quibusvis sibi oblatis cibis, etiam piscibus inhiantem.

§ 22. Testis vidit P. Leopoldum perfecte sanum viribusque pollentem immediate post sanationem.

§ 23. Stomacho etiam perfectissime valebat et cibis inhiabat, eisque vescebatur.

*Et ad interr. 16 proc. fol. 11 terg.*

Declarat assertam ut supra miraculosam sanationem contigisse in instanti, seu modo repentino in latiore deponentis attestatione ad dictum interrogatorum decimum supra distinctius expresso. Affirmatque praefatum P. Leopoldum a Sancto Joanne Baptista sibi deponenti sancte affirmasse, quod ab ipso tempore suprafatum votum mox subsecuto, sese statim senserit et reputaverit esse sanum, quemadmodum ipse deponens tempore matutino istam sanationem immediate subsecuto sanum viderit et compererit, uti etiam eundem, sanum et vegetum recognoverunt caeterae personae cum dicto P. Leopoldo familiariter agentes.

§ 24. Confirmat testis subitaneam sanationem a sese aliisque visam et perceptam.

*Et ad interr. 17 proc. fol. 12.*

Testatur supra assertam sanationem praedicti P. Leopoldi omnino fuisse perfectam, declaratque deponens se non scire eumdem P. Leopoldum post dictam sanationem ullum amplius dolorem aut incommodum passum fuisse ex dicta infirmitate, praeterquam quod duabus ac tribus vicibus post notabile tempus a dicta sanatione elapsum aliquo

§ 25. Perfecta etiam sanatio fuit et constans.

accessu febri laboraverit, quibus vicibus per dies aliquos eidem abstinendum fuit a functionibus et actibus propriis sui status, addens pro ratione scientiae, quod a tempore primae sanationis usque in hodiernum diem deponens tum in qualitate professoris, tum qualitate Prioris in dies cum praedicto P. Leopoldo in eodem conventu vixerit.

§ 26. Testis semper cum sanato vixit.

*Et ad interr. 18 proc. fol. 12.*

§ 27. Nulla crisis intercessit.

Declarat se nullo modo scire nec audivisse praecedenter ad assertam sanationem, seu in actu ipso assertae sanationis intervenisse ullam crisim, cui sanatio ipsa tribui possit.

*Et ad interr. 19 proc. fol. 12.*

§ 28. Miraculum credit tum sanationem a morbo, tum expeditionem a vinculis.

Testatur et sancte affirmat, sese opinari et vere credere tam assertam sanationem dicti P. Leopoldi a S. Joanne Baptista a praefata sua infirmitate, quam eiusdem prodigiosam e vinculis suis liberationem et expeditionem vere esse miraculosas et uti tales ab aliis, qui vel aliqualem eorum notitiam habent, pro miraculosis haberi, et credi: pro ratione praefatae suae credulitatis allegans quod ipsa praefata sanatio fuerit in instanti perfecta, praefataque expeditio ex vinculis integris et illaesis arcteque constrictis, et nodatis, ut supra in depositione sua ad decimum interrogatorium, concipi aut intelligi nequeat facta fuisse sine penetratione corporis supernaturali omnes naturae vires excedente.

III Testis *ad interr. 11 proc. fol. 14.*

§ 29. Testis Prior qui coenobio discesserat a Subpriore certior fit de miraculo.

Insuper declarans, quomodo idem P. Subprior nomine Amandus a S. Mansueto deponentem extra civitatem degentem sequenti die accesserit magna cum admiratione et stupore, deponenti enarrans miraculum quod Dominus Deus operatus fuerat in personam saepe dicti P. Leopoldi, qui subito sanatus viribusque, quibus prae diuturna infirmitate a deponente sciebatur exhaustus, plene

restitutus, vinculisque, quibus iuxta deponentis mandatum arcte alligatus fuerat, miraculoso modo expeditum, perfecta valetudine fruebatur, quapropter idem P. Subprior deponentem enixe rogabat, ut indilate ad conventum redire vellet ipsemet testis et spectator futurus praefatorum mirabilium. Quare deponens indilate cum praefato P. Subpriore in conventum reversus obstupefactus vidit et reperit dictum P. Leopoldum, quem pridie ante prae extrema debilitate omnibus viribus exhaustum reliquerat, jam plena et perfecta sanitate fruentem, qui mox deponenti enarravit omnia quae erga eum Deus operatus fuerat mirabilia sub invocatione, et per intercessionem V. M. Annae a S. Bartholomaeo, insuper declarans, quod successive dictorum mirabilium circumstantias ex eodem P. Leopoldo intellexerit sequentes; quomodo scilicet idem P. Leopoldus die 8 praefati mensis novembris circa horam decimam vespertinam lecto affixus arctissimo quinque vinculorum ligamine, uno truncum corporis, duobus brachia ad carpum manus, aliisque duobus tibias, seu pedes valide constringentibus, in tam deplorabili statu intimo dolore afflictus, simulque memor intermissi propositi instituendi novenam, de qua supra, ut per intercessionem dictae V. M. Annae a S. Bartholomaeo sanitati suae restitui posset, denuo renovavit devotionem suam erga eandem V. M. Annam, simulque praefatum novenae propositum in absolutum votum convertit dictam novenam exequendi, et insuper visitandi sepulchrum dictae V. M. Annae a S. Bartholomaeo quamprimum ad hoc possibilis daretur occasio, quodque mox sese senserit in quodam semianimi deliquio, per unum plus minus Pater et Ave durante, ex quo ad se reveniens unamque manum retrahens reperit eamdem vinculo suo expeditam, quemadmodum et alteram manum et utrumque pedem ac trun-

§ 30. Reversus illico, vidit P. Leopoldum perfectae sanitati redditum.

§ 31. Refert mirabiles facti circumstantias a sanato acceptas.

cum corporis similiter senserit a suis respective vinculis expeditos; remanentibus ipsis vinculis integris et illaesis arctisque nodis constrictis et respectivae lecticae partibus alligatis, quemadmodum deponens testatur dicta vincula tali modo a se in conventum reverso visa, examinata et cum magno stupore ut supra reperta; insuperque declarat eumdem P. Leopoldum testatum esse, quod a praefato miraculosae e vinculis expeditionis seu liberationis momento, sese etiam subitanee senserit perfectae sanitati restitutum et ab omni capitis dolore, deliquiorum et deliriorum symptomatibus omnino liberum, quemadmodum et ipse deponens dictum P. Leopoldum, die praefata mirabilia immediate secuto, cum magna admiratione et stupore reperit plane vegetum et praefata sanitate fruentem, ita ut postera die, quae erat dies Sabbathi, seu nona praefati mensis Novembris, deponens praefato P. Leopoldo licentiam petenti ea ipsa die inchoandae suprafatae promissae novenae, et in eum finem eundi celebratum Sacrum in Conventu Monialium Theresianarum Hispanarum nuncupatarum, in quo Corpus praefatae Ven. Matris Annae quiescit, petitam licentiam eidem a se sat sano jam et valido judicato libenter concesserit, eumdemque eo praecedentem mox subsecutus fuerit, eumque ad summum Altare, quo per plurimos gradus ascendendum est, absque ulla corporis imbecillitate celebrantem viderit, quodque post celebratum Sacrum cum eodem P. Leopoldo ad palatium episcopale venerit, qui Illustrissimo ac Revmo Dño Episcopo totam praefatorum mirabilium seriem enarravit, dein cum deponente circa horam duodecimam meridianam etiamnum jejunus in Conventum suum reversus, mox in refectorio communem portionem magno cum appetitu comedit ».

§ 32. Vincula testis vidit illaesa et nodata prouti aegroto fuerant alligata.

§ 33. Confirmat testis sese sanatum vidisse optima fruentem valetudine.

§ 34. Postero die sacrum facit validis viribus teste praesente.

§ 35. Eo peracto venit ad Episcopum ut factum narraret.

§ 36. Redit cum teste ad coenobium hora duodecima, et cibo qui et aliis erat paratus, famem explevit.

*Ei ad interr. 16 proc. fol. 15.*

Asserit praefatam miraculosam sanationem con-

tigisse in instanti ipsumque patientem statim se reputasse omnino sanum, quemadmodum etiam a praefatis medicis taliter recognitus fuit, uti et ab omnibus istius conventus religiosis, aliisque personis cum praefato P. Leopoldo familiariter agere solitis, prout deponens testatur se illud ex ipsis passim intellexisse et recuperatae plene sanitatis se quoque testem ocularem fuisse.

§ 37.
Sanitas perfecta in instanti.

§ 38.
Id omnes viderunt et testati sunt.

*Et ad interr. 17 proc. fol. 15.*

Testatur sanationem dicti P. Leopoldi fuisse omnino perfectam eumque in optima valetudine perseverasse per plures menses: successu vero temporis per tres vel quatuor vices eumdem quadam febri, et una vice inflammatione gutturis laborasse, quibus vicibus per dies aliquot inidoneus fuit obeundis functionibus et actibus sui status seu professionis.

§ 39.
Constans mansit.

*Et ad interr. 18 proc. fol. 15 terg.*

Declarat se nullatenus scire, nec audivisse quod praecedenter ad suprafatam dicti P. Leopoldi sanationem aut in actu ipso eiusdem sanationis intervenerit ulla crisis, cui sanatio praedicta tribui possit.

§ 40.
Morbus depulsus absque crisi ulla.

*Et ad interr. 19 proc. fol. 15 terg.*

Declarat se omnino credere suprafatas dicti P. Leopoldi subitaneam ab infirmitate sua sanationem, eiusdemque e suis vinculis (ut supra) expeditionem seu liberationem vere esse miraculosas, easque uti tales ab omnibus sui conventus religiosis eiusdemque medicis, et quotquot illarum particularem aliquam habuere notitiam, fuisse creditas, etiamnum credi.

§ 41.
Testis, Religiosi, medici, et alii miraculum agnoscunt.

IV Testis, *ad interr. 11 proc. fol. 18.*

Declarat quod postquam praefatus P. Leopoldus die 8° novembris ut supra vinculis irretitus esset, atque ipse deponens ab ostio eiusdem cubiculi quo F. Thadaeum comitatus fuerat, se recepisset

§ 42.
Testis pro suo vigilis munere cum venisset hora quinta in templum videt cum terrore sanatum ibi orantem.

subsequente tempore, matutino scilicet diei 9 praefati mensis vices suae fuerint, ut ab hora quarta matutina usque ad horam quintam vigilem sui conventus ageret, conventumque circumeundo in templum eiusdem venerit circa medium horae quintae, ibidemque mox obstupuerit et terrefactus haeserit videns aliquem religionis suae habitu indutum genuflexum ante summum altare, quem cum non agnosceret, eiusdemque collum albo linteo involutum cerneret, vel ea ratione magis timuit, quare mox sese inde recepit, ut reliquum conventum perlustraret: post unum tamen circiter horae quadrantem denuo sibi in templum redeundum statuit, ut propius cognosceret, an, et quis esset ille religiosus quem paulo ante istic genuflexum conspexerat, illoque ingressus eumdem vidit non amplius flectentem, sed levatum et declinatum ad minorem portam templi quae ad ambitum Conventus ducit. Quare deponens se quoque extemplo recipiens, dictamque personam in ambitu conspiciens, etiamnum magis timere coepit suspicatus quod eadem persona deponentem insequeretur. Qui timor adhuc magis increvit, ubi deponens ad sonitum tintinnabuli horae quintae praeludentis chorum ingressus campanamque trahens, quae signo orationis mentalis instituendae servit, ibidem denuo reperit eamdem personam genuflectentem, quam cum necdum cognoscere posset, magis terrefactus se spectrum cernere suspicatus est.

*Et ad interr. 11 proc. fol. 18 terg.*

§ 43.
Cognoscitur a P. Subpriore et ipso obstupente quomodo vinculis solutus eo venisset.

Declarat quomodo subinde chorum intraverit R. P. Amandus a S. Mansueto istius conventus tunc temporis Subprior, modo Prior conventus Teneramundani, quem mox deponens usque perterritus rogavit ut videre non graveretur quaenam esset illa persona quae ibidem genuflectebat, quo superdictus P. Subprior mox stupefactus dicebat esse P. Leopoldum a S. Joanne Baptista, simul

petens a deponente, an ipse forte a suis vinculis dissolvisset, cui is non minore cum stupore replicuit in verbis: ille ne est qui me tamdiu insecutus fuit? quis illum dissolvit? Quare idem P. Subprior capere non valens quo casu aut quo modo e vinculis evasisset et illuc devenisset, mandavit deponenti, ut eumdem tolleret et in cubiculum suum denuo referret, quod scilicet deponenti haud difficile erat attenta exhausti et emacerati corporis levitate et tenuitate. Cumque deponens huiusmodi mandatum executioni mandare, dictumque P. Leopoldum arripere vellet, restitit ille replicando deponenti in verbo: *sistas et noli tentare Dominum quia sanus sum.* Sed cum nihilominus deponens illum e choro educere conaretur, magis adhuc ille restitit, persistens quod cum aliis religiosis orationi mentali vacare vellet, donec tandem praefato P. Subpriori visum est sub mandato strictae obedientiae iubere dicto P. Leopoldo ut ad cubiculum suum rediret. Cui mandato tunc demum ille obedivit, et cum deponente choro egressus, eundem rogavit, ut se ad praefatum suum cubiculum comitaretur, ubi deponenti monstraret et enarraret plane mirabilia; cumque ambo eo tenderent, casu supervenit quidam P. Theodosius a S. Hugone qui illos ad praefatum cubiculum simul comitatus est. Cumque eo pervenisset dictus P. Leopoldus, illico deponenti praefatoque P. Theodosio vincula monstravit dicens his verbis: Videte quam mirabiliter ex illis liberatus sum. Quare deponens mirabundus examinans dicta vincula, invenit illa quinque numero, integra et illaesa, arctissimis ac saepe implicatis nodis constricta, sic funibus, similibus complicatis nodis respective lecticae partibus alligata, quorum unum trunco corporis constringendo servierat, quod tunc in medio lecto complicatum jacebat, cui magis coarctando deponens fortiter adstrictum vidit talem

§ 44.
Subprior testi mandat ut P. Leopoldum sustollat et ad suum cubiculum deferat.

§ 45.
Facile id sibi futurum testis declarat ob ejus corporis maciem et levitatem.

§ 46.
Renuit ille eo quod sanus esset, velletque orationi cum aliis vacare.

§ 47.
Paret tandem obedientiae praecepto.

§ 48.
Cum venisset in cubiculum suum rem omnem aperuit et vincula lecto adhaerentia illaesa ostendit.

§ 49.
Prouti a teste et ab aliis praesentibus inspecta sunt et examinata.

funiculum, qualem die praecedenti circa horam nonam vespertinam in manibus suprafati F. Thadaei a S. Petro vidit et observavit, dum hic deponenti diceret, se isto funiculo vinculum trunci corporis praefati P. Leopoldi arctius constrictum iri : aliorum vero quatuor vinculorum duo constringendis tibiis, duo vero brachiis ad carpum manuum constringendis inservierant, ita quidem ut deponenti certo appareret nequaquam possibile fuisse, ut altera manus alteram, aut truncum corporis vel tibias attingere potuerit. Quibus visis deponens dixit nequaquam licitum esse dicta vincula attingere, donec eventus tam admirabilis superiores conventus certiores facti statuerent et indicarent quid circa illum ulterius fieri conveniret. Quamobrem deponens (praefato P. Theodosio interea apud dictum P. Leopoldum remanente) incontinenter huiusmodi mirabilia praefato R. P. Subpriori istius conventus (a quo tunc aberat ipse R. P. Prior) significatum ivit, uti et R. P. Paulo a Virgine Maria iubilario, R. P. Ernesto a Sancto Guillelmo eiusdem conventus Discretis, nec non R. P. Friderico a Spiritu Sancto tunc philosophiae professori, nunc vero eiusdem conventus Priori, qui mox omnes ad praefatum cubiculum P. Leopoldi se contulerunt, quibus mirantibus et stupentibus, idem P. Leopoldus (praesente ibidem ipso deponente) enarrare coepit, quomodo praecedente vespere circa horam undecimam (quantum etiam num fert deponentis memoria) solus se relictus et miserabili statu cum extremae suae infirmitatis tum vinculorum suorum intime afflictus, recordari coepit cuiusdam sui propositi instituendae novenae in honorem SSmae Trinitatis ut per intercessionem suprafatae V. M. Annae a S. Bartholomaeo sanitati suae restitui posset, quam quidem novenam revera inchoaverat, sed occasione cuiusdam supervenientis delirii interru-

§ 50. Tum vero dixit testis ea non esse tangenda, et de omnibus ad superiores statim esse referendum.

§ 51. Superiores veniunt ad P. Leopoldum qui ipsis totius rei gestae seriem enarrat.

perat; quare dictae interruptionis magno dolore tactus priorem devotionem denuo desumpsit ac prius dictae novenae propositum mox in absolutum votum convertit, illam quocumque possibili modo reinchoandi et perfecte exequendi, superaddito et alio voto visitandi sepulchrum praefatae V. M. Annae a S. Bartholomaeo, quam primum hoc faciendi sese offerret occasio. Quibus votis vix emissis, sese illico sensit lapsum in dulcem aliquem soporem, qui per unum plus minus Pater et Ave duravit, et ex eodem reveniens manumque retrahens eamdem liberam et expeditam sensit, quemadmodum et pedes aliamque manum a vinculis quoque liberatos sensit. Unde cum magno stupore sese erigens truncum corporis sui respectivo vinculo liberum et expeditum comperit ac sese ipsum plenae sanitati redditum, nec ulii amplius vel minimo capitis dolori obnoxinm. Praeterea declarat deponens quod dictus P. Leopoldus tunc forte enarrationi suae praefatae plures addiderit circumstantias, sed quod illae hic et nunc memoriae suae non occurrant; unum addens in notabile recuperatae sanitatis signum, quod ipse deponens eo ipse die circa horam septimam matutinam, vel medium octavae praefato P. Leopoldo, (cujus stomachus praecedentibus diebus ne vel jusculum quidem ferebat, sed mox illud evomere cogebatur) bonam portionem cocti lactis cum saccharo, et copioso pane porrexit, superadditis successive duobus grassis butyratis cum duobus pomis assis, quae omnia cum magno appetitu comedit, quemadmodum ex aliis eiusdem conventus religiosis contestibus audivit, eumdem P. Leopoldum tam in ipso prandio quam per diem et in coena avidissime manducasse et bibisse.

§ 52.
Testis solidum cibum et copiosum eo ipso mane sanato dedit.

§ 53.
Idem postea per eum diem saepius avidissime manducavit et bibit.

*Et ad interr. 16 proc. fol. 20.*

Affirmat dictam miraculosam sanationem contigisse in instanti, ipsumque patientem statim se

§ 54.
Sanatio fut immediata.

reputasse omnino sanum, quemadmodum etiam a suprafatis Medicis totaliter recognitus fuit, uti ab omnibus istius conventus passim religiosis et specialius cum suprafato P. Leopoldo familiariter agere solitis.

*Et ad interr. 18 proc. fol. 20.*

§ 55. Absque crisi.

Dicit se nullo modo scire neque audivisse quod praecedenter ad assertam subitaneam sanationem suprafati P. Leopoldi seu in actu ipso dictae sanationis intervenerit ulla crisis, cui sanatio praedicta tribui possit.

*Et ad interr. 19 proc. fol. 20 terg.*

§ 56. Ab omnibus miraculo tributa.

Dicit et constanter affirmat se sibi certo persuasum habere ac vere credere tam praefatam sanationem subitaneam, quam eiusdem P. Leopoldi a S. Joanne Baptista mirabilem e vinculis suis liberationem et expeditionem vere esse miraculosas, et uti tales ab omnibus istius conventus religiosis, aliisque omnibus, qui vel aliquam earumdem notitiam habent, haberi et credi.

V Testis *fol. 22 ad interr. 16*

§ 57. Testis a sanato accipit factorum mirabilium narrationem vix ab eventu.

Continuando depositionem suam declarat quomodo praefatus P. Leopoldus sibi deponenti tunc temporis ulterius enarraverit, quod immediate post formatum utrumque votum, de quo in fine depositionis suae praecedentis, sese mox senserit obnoxium cuidam dulci animi deliquio, quod circiter durare potuerit per unum Pater et Ave, quodque ex eodem ad se reveniens mox correptus fuerit quodam corporis membrorumque tremore, sub quo secuta brachiorum retractione, eadem senserit libera et a vinculorum ligamine expedita. Unde plane stupefactus mox examinaverit et tentaverit, an pedes sui similiter a respectivis vinculis essent liberi, et successive an vinculum, quod truncum corporis coarctaverat, eidem etiamnum adhaereret, pariter animadvertens tam pedes

quam truncum corporis dictis respective vinculis liberos et expeditos, ac sese simul etiam senserit ab omni debilitate plene restitutum viribus integrum et vegetum, nullique amplius capitis dolori aut ulli praecedentis infirmitatis symptomati obnoxium, adeo ut declararet sese intendere subsequente tempore matutino hora quinta interesse orationi mentali, ut toti communitati innotescere posset mirabilis eventus quem Deo visum fuerat erga se operari, quemadmodum deponens declarat praefatum P. Leopoldum revera ante initium dictae orationis mentalis in choro comparuisse et a se ibidem visum fuisse, donec de mandato R. P. Subprioris suspicantis, quemadmodum et omnes alii ibidem praesentes suspicabantur, eum ex quodam delirio isthuc appulisse, inde ad cubiculum suum abire iussus et deductus est; insuper testatur quod facta sibi deponenti praedictum P. Leopoldum suprascripta mirabili enarratione, idem P. Leopoldus rogaverit deponentem ut non graveretur accersitum ire fratrem Thadaeum a S. Petro, qui vespera praecedente dictum P. Leopoldum ligaverat; quodque deponens vocato eodem F. Thadaeo, denuo ad cubiculum P. Leopoldi reversus, idemque Frater Thadaeus mox eodem subsecutus, ambo viderint suprascripta vincula et aliqua ex illis, nempe vincula manus dexterae et pedis dexteri, non satis memor an alia tunc examinaverint, repererint etiamnum integra, illaesa, suisque ut ante nodis constricta ac respectivis lecticae partibus alligata. Qua de re F. Thadaeo multum attonito et prae stupore sic se habente quasi dictum P. Leopoldum denuo religare vellet, idem P. Leopoldus eumdem cohibuit dicens in substantia: noli denuo ligare quod Dominus Deus dissolvit.

§ 58.
Testis videt sanatum adesse in choro.

§ 59.
Testis cum Fr. Thadaeo qui P. Leopoldum alligaverat, conspicit illaesa et adstricta vincula.

*Et ad inter. 16 proc. fol. 22 terg.*

Referendo se denuo ad superiorem depositio-

§ 60.
Sanitas in instanti reddita est.

nem suam super interrogatorium undecimum affirmat praefatam miraculosam sanationem contigisse in instanti ipsumque patientem, scilicet dictum P. Leopoldum, statim reputasse se esse sanum, quemadmodum ipsi deponenti paulo post ad se vocato et de super obstupefacto idem Pater Leopoldus declaravit: caeterum testatur omnes passim istius conventus religiosos et notanter illos cum dicto P. Leopoldo familiariter agere solitos, eiusdem sanitatem miraculose, ut supra, recuperatam recognovisse.

§ 61.
Miraculosa, ut omnes conspexere, ratione.

VI Testis *ad inter. 11 proc. fol. 24 terg.*

§ 62.
Testis obstupescens vidit P. Leopoldum in choro loco suo orantem.

Caeterum enarrat deponens ac testatur quomodo sub primo diluculo diei immediate subsequentis, videlicet nona ejusdem mensis Novembris hora 5 matutina in chorum ad orationem mentalem veniens, ibidem mox magno cum stupore a P. Bartholomaeo admonitus fuerit et intellexerit, suprafatum P. Leopoldum, quem vinculis irretitum sciverat, et aliunde longa infirmitate viribus plane exhaustum, eidem orationi mentali intervenisse, et loco suo solito genuflexum, quare deponens nihil non imaginatus et suspicatus, sed plane metuens dictum P. Leopoldum prae quodam forte vehementioris delirii furore, suis vinculis solutum eo pervenisse, eumdem sub initium prae timore non est ausus accedere, sed mox edoctus nulla in illo apparere furentis indicia, eum audentius conveniens eidem persuadere conatus est ut sese ad cubiculum suum modeste reciperet, donec eidem renuenti et usque replicanti, quod nihil sibi amplius deesset, quodque sese perbene haberet, quemadmodum post finitum chorum latius declarasset, deponens nullam fidem hujusmodi dictis adhibens sub stricta obedientia praecepit, ut sese e choro, qui prae stupore ejus praesentiae turbatus et attonitus

§ 63.
Suspicatus illuc venisse actum delirio, ei persuadere conatur reditum ad suum cubiculum.

§ 64.
P. Leopoldo testanti sibi bene esse fidem non adhibens, ei praecepit in vim obedientiae.

haerebat, ad cubiculum suum tandem reciperet, comite ei P. Augustino, qui eundem ad dictum suum in infirmaria cubiculum deduceret.

*Et ad interr. 11 proc. fol. 24 terg.*

Continuando dicit quod postquam suprafatum P. Leopoldum ob rationes supra expressas sub obedientia ad cubiculum redire et per praefatum P. Augustinum deduci praeceperat, ipse deponens curiositate ductus super eo quod idem P. Leopoldus toties replicuisset, quod omnia circa se bene essent, quodque deponenti ea quae sibi acciderant proprius explicasset, mox uno vix quadrante horae intermedio eundem subsecutus est, utque primum intravit praefatum cubiculum, idem P. Leopoldus illico deponenti enarrare coepit mirabilia quae erga se operatus fuerat Deus.

*Et fol. 25 ad id. interr.*

§ 65. Sanatus vincula constricta et illaesa testi ostendit

Sub qua enarratione sibi deponenti ut supra facta, idem P. Leopoldus in huiusmodi mirabilis eventus assertionem deponenti ostendere non destitit quinque superfata vincula, ut eadem examinare et perscrutari non gravaretnr, quae a se examinata et perscrutata declarat deponens a se inventa et visa esse integra, illaesa, arctis nodis occlusa, suisque respective funiculis lecticae adstricta, eo plane modo, quo respective tibiarum, brachiorum et corporis ligamini inservierant. Quibus omnibus ita a se auditis et visis, declarat deponens sese maximo stupore attonitum iudicasse advocandos aliquos ex praecipuis conventus Patribus, moxque prohibuit nequie circa statum et situm praefatorum vinculorum aliquid immutare praesumeret, et quam primum de eventu tam mirabili R. P. Priorem a conventu (ut supra) absentem certiorem reddere statuit, in quem finem ipse deponens circa meridiem dictum P. Priorem extra civitatem convenit et tot mirabilium seriem enarravit. Caeterum comperto dicto P. Leopoldo, quem pridie

§ 66. Tum testis stupore correptus coenobii praecipuos fratres advocans prohibuit nequid circa ea vincula immutaretur.

§ 67. Postea ad P. Priorem sese confert extra civitatem degentem.

viderat, ut supra, viribus prae longa infirmitate exhaustum, iam vegeto et sano deponentem postea poenituit, quod illo ipso die eidem P. Leopoldo non iniunxerit celebrare sacrosanctum Missae Sacrificium, ut vel ea ratione maiorem omnibus impressionem fecisset miraculum erga eum divinitus patratum.

§ 68.
P. Leopoldum perfecte sanatum se comperisse testatur.

*Et ad interr. 19 proc. fol. 26.*

Declarat se omnino credere super assertam subitaneam P. Leopoldi a diuturna sua infirmitate sanationem eiusdemque mirabilem e vinculis suis (ut supra) liberationem revera esse miraculosas, easque pro talibus credi ab omnibus qui in conventu Antuerpiensi tunc temporis commorabantur religiosis, et ab omnibus passim ad quos eorumdem perfecta notitia pervenit tam in civitate Antuerpiensi quam aliis civitatibus, quemadmodum deponens se ex quam plurimis intellexisse et audivisse testatur.

§ 69.
Ea sanatio ab omnibus in civitate Antuerpiae et extra miraculo data est.

VII Testis *ad interr. 11 proc. fol. 28 terg.*

Subsequenter accidit ut circa horam primam istius noctis P. Tiburtius cubiculum deponentis accesserit eumdemque pulsando compellaverit, ut ocius ad dictum P. Leopoldum venire non gravaretur, nulla deponente huiusmodi compellationis ratione significata. Quare deponens nonnihil sub initium reluctatus, mox tamen dictum P. Tiburtium ad cubiculum decumbentis Patris Leopoldi praecedentem secutus est, utque eo devenit illico dictus P. Leopoldus deponenti ostentans libera brachia liberasque tibias totumque corpus liberum, subridendo dixit, quam insignis ligator esset deponens; qua super re plane attonitus et stupefactus idem deponens, ratusque vi alicuius vehementissimi delirii fractos vinculorum funiculos, cum eosdem perscrutari intenderet denuoque validioribus eum ligaminibus vincire meditaretur,

§ 70.
Accitum ad se testem media nocte sanatus sese omnino liberum ostendens lepide compellat quam insignis ligator esset.

eorum quae evenerant etiamnum ignarus, mox idem P. Leopoldus deponenti reposuit, ut ab eiusmodi proposito desisteret, addens in terminis vel saltem in substantia: noli tentare Dominum Deum tuum, nec sancta opera eius. Unde cum deponenti manifeste pateret dictum P. Leopoldum sibi plene praesentem esse mentisque compotem nullumque apparere delirii, quod deponens suspicatus fuerat, vestigium, mox propius examinavit suprafata vincula, eademque omnia invenit integra et illaesa, suisque nodis et implicationibus ut ante occlusa, respectivisque lecticae partibus adstricta, eodem modo quo illis a deponente strictissime fuerant alligata. Quoad vinculum vero, quo truncus corporis irretitus fuerat, illud ipsum vidit sub dicto Patre Leopoldo levante et invertente plicatum jacens, ac integrum plane et illaesum, et etiamnum suprafato vinculo, quo deponens illud circa horam undecimam praecedentem coarctaverat, constrictum; super quibus deponenti magis ac magis obstrupefacto dictus P. Leopoldus breviter enarrare coepit tam mirabilis eventus seriem.

§ 71.
Ea testis uti a se adstricta et colligata fuerant, invenit.

*Et ad interr. 11 proc. fol. 29*

Continuando depositionem suam dicit quod eodem tempore adverterit suprafatum P. Leopoldum multo sudore madentem, quem deponenti affirmabat provenisse ex maximo tam prodigiosi erga se eventus stupore, non tantum ratione inconceptibilis e vinculis suis evasionis, sed etiam subitaneae a tam diuturna infirmitate sanationis, quemadmodum sese perfectae sanitati restitutnm asserebat, cessantibus capitis doloribus, debilitate corporis, deliquiis animi omnique delirio, aliisque quibuscumque praefatae tam diuturnae infirmitatis symptomatibus, unice adscribens tam miraculosum eventum intercessioni suprafatae Ven.Matris Annae a S. Bartholomaeo in vim et consequentiam voti a se, ut supra, pro recuperanda sua sanitate emissi.

§ 72.
Ex animi commotione ob tantum miraculum sanatum sudore manantem testis vidit.

§ 73.
Perfecte ab omni mali cujusque vestigio liberatum P. Leopoldum testis vidit et affirmat.

Declaratque deponens se quoque tunc temporis recnperatam in dicto Patre Leopoldo omnimodam sanitatem certe recognovisse, nec ullum suprafatorum diuturnae infirmitatis symptomatum in eo amplius vestigium apparuisse, quam suae sanitatis subitaneam recuperationem vel eo magis dictus P. Leopoldus confirmabat asserendo, quod intentionis esset comparere in choro pro oratione mentali ad horam quintam matutinam proxime subsecutnram, ut vel ea ratione miraculi erga se, ut supra, patrati coram tota communitate ibidem praesente indubitabile testimonium perhiberet; a qua resolutione nullatenus dimoveri potuit, ne quidquam deponente illud dissuadente et opponente, illud nequaquam expedire debiliori statui quem forte in eodem, non obstante praedicto miraculo, remansisse suspicabatur, ac replicante non tentandnm in nimia forte praesumptione Dominum Deum praefati miraculi authorem. Caeterum post haec denuo ad cubiculum suum et recuperandam nocturnam quietem deponens recessit, et quamvis ratione suae qualitatis infirmarii a comparitione in praefata oratione mentali dispensatus eidem non interfuerit, neque adeo eorum quae ibidem respectu comparitionis dicti Patris Leopoldi acciderunt ocularis testis fuerit, tamen declarat, quod circa medium sextae eiusdem temporis matutini etiamnum in cubiculo suo decumbens, excitatusque plurium Religiosorum miranda sussurrantium strepitu et rumore, sese mox e lecto proripuerit, et illico ad cubiculum dicti P. Leopoldi se recta contulerit, et ex eodem praeter mirabilia superius enarrata quae quibusdam ibidem praesentibus denuo repetebat, intellexerit quomodo iuxta resolutionem deponenti ut supra indicatam comparendi in choro pro oratione mentali ante omnes alios Religiosos, reliquum noctis

§ 74.
Recuperatarum virium probationem sese statim facturum sanatus constituit veniendo ad chorum hora quinta.

§ 75
Frustra teste dissuadere conato.

§ 76.
Consilium perfecit uti supra sanatus ipse narravit.

inquieto somno, vel quamvis insomnio peregisset: interea audiens tintinnabulum praeludens horae quartae matutinae dum quintam sonaturam arbitrabatur, subito e lecto prosilierit, moxque dispersa hinc inde vestimenta seu indumenta, quae nesciebat quo loco essent reposita, quasi sua sponte sub noctis tenebris in manus suas tam repentine devenerint, ut etiam ante finem sonitus praefatae horae illis omnibus indutus fuerit, moxque in templi chorum pervenerit, ubi neminem religiosorum conspiciens, nullumque inchoandae praefatae orationi mentali apparatum candelasve accensas, identidem suum circa horam errorem adverterit, atque adeo se in templum contulerit ubi ante sanctuarium seu maius altare genuflexus procubuit, Deoque gratias egit de omnibus mirabilibus erga se tam miraculose patratis, donec instante hora quinta, signoque ad orationem mentalem campana conventus dato, chorum subintravit, ubi a supervenientibus Religiosis attonitis, stupentibus ac suspicantibus eum prae vehementia et furore cuiusdam ferocioris delirii, ruptis vinculis, isthuc pervenisse, recognitus ac P. Subpriori demonstratus, nequidquam replicans se sanum esse nulli delirio obnoxium, post reiterata pluries a dicto Patre Subpriore inde ad cubiculum suum redeundi mandata, tandem sub obedientia iussus dictis mandatis sese submiserit et ad cubiculum reversus fuerit, eundem brevi post subsequente dicto P. Subpriore, quem deponens in dicto cubiculo tunc quoque invenit. Caeterum cum deponens dictum P. Leopoldum conspiceret sanitati suae ac viribus restitutum, non amplius eo tempore eidem in qualitate infirmarii inservivit, utpote cum perspicue videre esset ex eiusdem agilitate hilarique agendi modo nullo illi amplius servitio opus esse, nisi forte ex humanitate, in quam plurimi (uti et

§ 77.
Mirabatur testis P. Leopoldum perfecte sanum nec amplius sua infirmarii ope indigentem.

deponens) prompti erant, nequaquam vero ex necessitate.

*Et ad interr. 16 proc. fol. 30 terg.*

§ 78. Sanatio instantanea fuit.

Referendo se ad dictam superiorem depositionem suam ad interrogatorium undecimum, judicat dictam miraculosam sanationem contigisse in instanti, atque ipsum patientem statim reputasse se esse omnino sanum, et hoc ipsum recognitum fuisse ab omnibus istius conventus religiosis, uti et a suprafatis Medicis et Chirurgo.

*Et ad interr. 17 proc. fol. 30 terg.*

§ 79. Perfecta et constans.

Affirmat saepe dictam sanationem omnino fuisse perfectam, ita ut post eandem praedictus P. Leopoldus nullum amplius incomodum aut dolorem passus fuerit ex dicta infirmitate, quamvis aliquoties sed raro quibusdam aliis, sed dissimilibus indispositionibus obnoxius fuerit.

VIII Testis *ad interr. 11, 12, 13 (Versionis italicae) fol. 4 terg.*

§ 80. Miraculum testis agnoscit in liberatione a vinculis et a morbo.

Dice che egli deponente, avendo lasciato il suddetto Padre legato coi sopraddetti legami, e nella suddetta maniera annodato, ed essendo alcuni giorni dopo stato chiamato per riconoscere i medesimi e vedere se tuttavia si trovavano annodati nella stessa maniera, con cui il deponente l'aveva stretto e annodato, e avendo trovato li medesimi interi ed intatti, come anche i nodi nello stesso modo stretti, egli deponente, molto sorpreso di meraviglia non potendo capire come ciò fosse stato possibile di succedere, come ancora non potè capire, come fosse stato possibile, che il suddetto Padre nel tempo stesso, quando al deponente fu narrato, in qual modo mirabile egli fosse stato liberato dai detti legami, come ancora, come egli istantaneamente aveva ricuperato la sua perfetta salute e ristabilimento delle sue forze, il che fece tanto più meraviglia al de-

ponente, quanto che egli il giorno avanti questo ammirabile avvenimento, che gli venne allora narrato, avendo tastato il polso del suddetto Padre, trovò il medesimo in una estrema debolezza e sfinimento, al segno, che appena si sentiva in esso il movimento del polso.

§ 81. Testis extremam virium aegroti defectionem expertus erat.

*Et ad interr. 19 (Versionis italicae) fol. 6.*

Dice, che la soprascritta liberazione dai vincoli e subitanea guarigione secondo le circostanze nella sua sopraddetta deposizione più diffusamente narrate, sembrano al detto deponente superare il corso naturale della natura, avendo anche inteso nel detto Convento dei Carmelitani scalzi, nel tempo come sopra, che quell'ammirabile avvenimento vi era considerato come un miracolo.

IX Testis *ad interr. 11 (Versionis italicae) fol. 10 terg. respondit :*

Egli deponente, la mattina appresso circa le ore otto, vide il detto P. Leopoldo vicino al Coro del Convento, discorrendo ora con uno ora con un altro, i quali tutti ammiravano di vedere il suddetto Padre in simile stato di salute, quando egli deponente intese ancora dire a maggior meraviglia che il P. Leopoldo era stato veduto nella chiesa del Convento circa le ore quattro della mattina, prostrato avanti il Santuario ed ivi devotamente adorando Iddio.

§ 82. Testis mane secuto perfecta sanum vidit P. Leopoldum.

*Et ad interr. 17 (Versionis italicae) fol. 11.*

Dichiara non sapere, nè avere inteso dire, che il P. Leopoldo dal tempo della sua guarigione fosse ricaduto nella medesima o in simile malattia.

§ 83. Sanatio constans.

*Et ad interr. 17 (Versionis italicae) fol. 11.*

Dice di credere che la sopraddetta guarigione del più volte lodato P. Leopoldo, come anche la liberazione dei suoi vincoli siano veramente mi-

§ 84. Communis sententia fuit miraculum intercessisse.

racolosi; come anche egli deponente non conosce alcun religioso del suo Convento, il quale ne dubita.

X Testis *ad interr. 11 (Versionis italicae) proc. fol. 16 terg.*

Egli deponente, il giorno seguente, intese dal soprascritto suo confratello Giovanni Pierson, che si diceva che il soprascritto P. Leopoldo nella notte era stato liberato dalle legacce, ed avendo contemporaneamente ottenuto la piena sua sanità e forza, la mattina di buon' ora in compagnia degli altri religiosi comparì in Coro, di che il deponente meravigliandosi molto, sembrandogli incredibile, che avendo assicurato le dette legacce potesse sortire dalle medesime in simil guisa,

§ 85. A P. Leopoldo testis facti historiam audit.

egli deponente, in conseguenza della sua meraviglia, si portò il dopo pranzo in persona al Convento dei suddetti Carmelitani scalzi per informarsi delle circostanze di simile maraviglioso avvenimento, ove giunto, crebbe la meraviglia al deponente, vedendo nel corridore del detto Convento il detto P. Leopoldo venirgli incontro, dicendogli che egli si trovava perfettamente ristabilito della sua passata infermità: su di che il deponente domandando come ciò era accaduto, e in che maniera era stato liberato dalle sue legacce, il detto P. Leopoldo gli disse che tuttociò era accaduto, ed era conseguenza della sua fiducia e ricorso fatto al patrocinio della suddetta Rev. Madre Anna di San Bartolomeo, raccontandogli nel tempo stesso, come egli la sera avanti trovandosi legato con cinque legacce, poichè dopo la partenza del deponente, gli erano state messe nella sera anche le altre due legacce, essendo allora caduto in una grande afflizione e melanconia a motivo della sua miserabile situazione, avendo ricorso alla intercessione della detta Rev.

Madre Anna, colla promessa di farle una novena dopo avere ottenuto la sua sanazione, nella chiesa delle Carmelitane Scalze di questa città, essendo stato egli P. Leopoldo allora sorpreso da un grave sonno, immediatamente dopo trovossi in un perfetto ristabilimento la sua salute, e nel tempo stesso liberato dalle sue legacce.

*Et ad interr. 16 (Versionis italicae) fol. 18.*

Dice, che secondo la relazione ad esso deponente fatta dallo stesso P. Leopoldo, come sopra nella sua precedente relazione sull'undecima interrogazione, la guarigione di detto P. Leopoldo, come anche la sua liberazione dalle sue legacce, deve essere accaduta molto instantaneamente e subitamente, e per ciò che riguarda la propria ed ulteriore notizia del deponente, dichiara, che egli il giorno avanti circa mezzogiorno, avendo veduto e trovato il detto P. Leopoldo in un' estrema debolezza e sfinimento, il giorno seguente con gran suo stupore, vide e trovò il detto P. Leopoldo in perfetta salute, fresco e stando bene, camminando per il corridore del Convento e con un giulivo e robusto aspetto, dicendo e raccontando all' uno e all' altro l'ammirabile avvenimento, che gli era accaduto circa la mezzanotte precedente, riguardo alla sua suddetta subitanea guarigione e liberazione dei legami, attribuendo la medesima al patrocinio della Rev. Madre Anna di S. Bartolomeo, come più diffusamente qui sopra nella detta testimonianza sull' undecima interrogazione, donde è chiaro che il suddetto Padre Leopoldo siasi sentito egli stesso e tenuto per essere stato subitaneamente e perfettamente guarito : a prova di che lo stesso Padre Leopoldo raccontò al deponente nel tempo stesso, che già aveva mangiato con gusto ed appetito, mentre molti giorni prima poteva appena prendere e ritenere le più piccole cose, dovendo subito

§ 86.
Quem pridie fere moribundum viderat, conspicit optima utentem valetudine.

con grande nausea e ripugnanza del suo debole stomaco, tutto rigettare, dichiarando inoltre, che molti altri religiosi, ivi presenti allora, hanno riconosciuto la suddetta perfetta guarigione a sufficienza, ed insieme col deponente con grande meraviglia l'han tenuto per un miracolo,

*Et ad interr. 17 (Versionis italicae) fol. 18 terg.*

§ 87. Idem confirmat.

Dichiara che egli ha trovato nel giorno, come sopra, il detto P. Leopoldo, e giudicato che si trovava in una perfetta salute, che egli deponente da quel tempo non sa, nè ha inteso che il detto Padre Leopoldo sia ricaduto in una simile malattia.

XII Testis *ad 13 interr. proc. fol. 43 respondit* :

§ 88. Medicus a curatione postridie invisens P. Leopoldum, hunc perfectae sanitati redditum testatur.

Ulterius testatur deponens et omnino affirmat se (qui pridie ante subitaneam supradicti Patris Leopoldi sanationem eumdem in tam miserum statum redactum visitaverat, quinque tunc vinculis irretitum, quibus eum ob nimiam deliriorum vires eius superstites magis usque et usque exhaurientium vehementiam et frequentiam, vincire visum fuerat) postquam postero die intellexit praefatam subitaneam sanationem, eandem omnino iudicasse miraculosam, eo magis, quod eundem Patrem Leopoldum, quem die praecedente ex tam diuturna morborum complicatione ad extrema redactum reliquerat, dicto postero die conspiceret vegetum et sanum quasi nullae infirmitati fuisset obnoxius. Quando idem deponens ad cubiculum, in quo dictus Pater Leopoldus jacuerat, deductus non minus obstupefactus haesit ubi quinque vincula, quibus illum pridie ante, ut supra, irretitum viderat, iam cerneret respectivis lecticae partibus adhaerentia constricta et nodata, integraque et illaesa, simulque ex ipso Patre Leopoldo intelligeret eum ex iisdem vinculis ita occlusis, integris et illaesis expeditum fuisse eodem mo-

mento, quo subitanee se sanatum sentiebat, iudicat quoque deponens illam ipsam e vinculis expeditionem similiter miraculo evidenti adscribendam esse.

*Et ad interr. 16 proc. fol. 43 terg.*

Affirmat ex supradictis abunde constare praefatam miraculosam sanationem dicti Patris Leopoldi contigisse in instanti, ipsumque Patrem Leopoldum (uti deponenti asseruit) statim reputasse se esse sanum, quemadmodum deponens illum sanum et vegetum vidit et allocutus est die dictam sanationem immediate subsecuto, totus attonitus et stupefactus, quod sanatum videret, quem infirmum visitatum venerat, ac praecedenti die ad extrema redactum reliquerat.

§ 89.
Stupore correptus quod sanatum videret eum quem pridie ad extrema redactum reliquerat.

*Et ad interr. 17 proc. fol. 43 terg.*

Dicit praefatam sanationem dicti Patris Leopoldi fuisse omnino perfectam, ita ut post eamdem nullum amplius incommodum aut dolorem passus fuerit ex suprafata infirmitate, quamvis aliquot mensibus post dictam sanationem semel pleuritidi obnoxius fuerit a qua sub cura deponentis mediante bina venae sectione aliisque remediis isti malo congruis et opportunis, spatio quinque aut sex dierum omnimodae valetudini restitutus est, denuoque factus idoneus gerendi passim omnes functiones et actus proprios sui status, quemadmodum deponens quotidie frequentans istum conventum in qualitate Medici ordinarii ita se observasse et comperisse testatur.

§ 90.
Nullum amplius ex infirmitate passus est incommodum.

*Et ad interr. 18 proc. fol. 44.*

Dicit nullam praecedenter ad assertam sanationem Patris Leopoldi, vel in actu ipso sanationis intervenisse crisim, cui sanatio praedicta tribui possit, pro ratione scientiae allegans quod ipse deponens ferme quotidie et aliquando pluries de die, toto tam diuturni morbi tempore, dictum Patrem Leopoldum visitaverit usque in ultimum

§ 91.
Quaecunque crisis abfuit.

§ 92.
Medicus testis quotidie et saepius etiam aegrum invisebat.

diem inclusive, quando eundem Patrem Leopoldum prae extrema debilitate exhaustum ac ulteriorum remediorum impotentem dereliquit in tam miserabili statu, ut ultra tres vel quatuor ad summum dies vitam protrahere posse nullo modo videretur, cumque postero die, postquam idem Pater Leopoldus circa medium noctis praecedentis subitanee sanatus et e vinculis suis tam mirabili modo expeditus fuerat, deponens ad eundem visitandum rediisset et maximo cum stupore vegetum et sanum reperiret, nihil omnino de vel apparenti aliqua huiusmodi crisis interventione sub actu sanationis ex eodem Patre audivit, qui constanter asserebat et narrabat se post emissum suprafatum votum instituendae Novenae, ut per intercessionem venerabilis matris Annae a Sancto Bartholomaeo reconvalescere posset, instantanee, seu vix uno alterove Patre et Ave elapso, fuisse sanatum, seseque sensisse eodem momento suprafatis suis vinculis, ut supra, spontanee expeditum.

§ 93.
Confirmat se obstupuisse ad repentinam sanationem quae absque ulla crisi contigerat.

*Et ad interr. 19 proc. fol. 44.*

§ 94.
Miraculum affirmat in subitanea sanatione.

Denuo affirmat et testatur se vere tum ab initio credidisse, tum etiamnum credere suprafatas subitaneam sanationem dicti Patris Leopoldi eiusdemque spontaneam e vinculis suis expeditionem esse miraculosas, simul asserens easdem uti tales ab omnibus istius conventus Religiosis creditas fuisse et etiamnum credi, quemadmodum et ab omnibus passim qui veram circumstantiarum eventus tam mirabilis scientiam notitiamque habuerunt.

# MIRACULUM ALTERUM

INSTANTANEAE PERFECTAEQUE SANATIONIS

SERENISSIMAE MARIAE REGINAE

MATRIS LUDOVICI XIII REGIS GALLIARUM

A FEBRI TYPHOIDE

QUA DIES QUADRAGINTA QUATUOR LABORAVERAT,

VIRIBUS ILLICO RESTITUTIS.

## Ex Processu Apostolico Antuerpiensi super virtutibus et miraculis in specie constructo anno 1638.

## Cathalogus Testium

I Testis, Revma M. Maria Eleonora a S. Bernardo, Antistita Carmelitarum Excalc. Civit. Gandavii, ann. 65, DE AUDITU.

II Testis, Serenissima Maria Regina mater Regis Galliarum, SANATA.

III Testis, Ill. D. Ludovicus Henricus de Aquin, Medicus, ann. 34, DE VISU ET A CURATIONE.

IV Testis, Ill. D. Lucas Fabronus a consiliis Reginae matris, ann. 49, DE VISU.

V Testis, Perill. D. Ludovica de Vieupont ex comitatu Reginae matris, ann. 39, DE VISU.

VI Testis, Ill. D. Marghareta de Mergei, Gubernatrix Domicellar. honorariar. Reginae matris, ann. 70, DE VISU.

VII Destis, Dña Salvagia Vincenti, prima cubicularia Reginae matris, ann. 67, DE VISU.

---

§ 1. Testis de auditu a sanata et aliis.

I Testis, M. Eleonora a S. Bernardo in saeculo vocata Eleonora Spinola, nata Leodii, filia Domini Joannis Mariae Spinola existentis in servitio Regis Hispaniarum, et Dominae Eleonorae Colonna, actualiter priorissa Carmelitanarum Discalceatarum *(Proc. fol. 294 terg.)*, aetatis annorum 65.

§ 2. Febris nullis victa remediis dies 44 perstiterat.

§ 3. Aegrotans pallium Ven. Servae Dei a teste ad se mitti petit.

*Ad 129 Articulum dicit* deponens anno Domini 1633, mense Junii, Serenissimam Reginam Matrem Regis Christianissimi aegrotantem Gandavi quadraginta quatuor diebus ac noctibus ex febri multum eam inquietante, adhibitis omnibus humanis remediis ad recuperandam pristinam sanitatem, et quidem frustra, recurrisse ad preces et merita V. M. Annae a S. Bartholomaeo, quam dicta Serenissima Regina familiariter aliquando in Galliis noverat, et quae ad eius requisitionem in Gallias venerat (pro ea enim habenda plures litteras ad Regem Hispaniae scripserat) ad fundandum in dicto Galliarum regno primum sui Ordinis monasterium, et ex eo quod magnam de eius sanctitate opinionem conceperat atque intellexerat Deum plura, ea intercedente, operari miracula, eiusque pallio pluribus sanitatem restitui, dictum pallium accersiri curavisse, ac personae suae superimponi, eoque facto dictam Reginam per-

sensisse extraordinarios dolores toto corpore, subsequente suavi quodam sopore, eoque finito, Suam Majestatem reperisse se liberam a febri; quod tam illa quam medici pro evidenti miraculo reputarunt, facto per merita dictae V. M. Annae et contactum dicti pallij, eodemque die suam Majestatem integram sanitatem recuperasse, e lecto surrexisse, domum ambulasse, ac ex eadem foras prodijsse, qua spatio quadraginta quatuor dierum non prodierat. Habitaque de mandato suae Majestatis super morbo Parisiis consultatione, responsum accepisse: Quandoquidem jam morbus quadraginta quatuor diebus duraverat, minus durare non posse quam sexaginta, ideoque dictam sanationem a medicis et omnibus aliis reputatam fuisse miraculosam. Declaratque deponens omnia supradicta se intellexisse a dicta serenissima Regina matre, aliisque mulieribus primatibus eius aulae, seque deponentem suae maiestati misisse dictum pallium. Et dicit deponens hanc sanationem suae Majestatis publicam fuisse, factamque notoriam omnibus aulicis suae Majestatis, et postmodum divulgatam promiscue in populo per ipsammet Reginam ac suos aulicos proclamantes dictam sanationem miraculosam, qualem et ipsa deponens eam esse reputat.

§ 4. Eo sibi in lecto jacenti superimposito abiit febris, et integra sanitas est reversa.

§ 5. Surrexit e lecto et integros vires experta est illico.

§ 6. Sanatio statim vulgata, ab omnibus miraculo tributa.

*Ad 23 dicit* se credere eam sanationem esse miraculosam eo quod, nihil assistentibus humanis remediis, sanata fuerit mediante pallio, uti dictum est, eamque sanationem naturae cursum supergressam fuisse, eo quod doctores Parisienses modo quo supra dictum est iudicarint.

§ 7. Remedia omnia nihil profecerant.

*Ad 24 dicit* supra dicta accidisse in hac urbe Gandensi in Palatio dicto passim hospitio Principis.

§ 8. Gandavii Regina morabatur.

*Ad 25 dicit* medicos usos fuisse omnibus remediis possibilibus.

§ 9. Exquisitissimam curationem medici adhibuerant.

*Ad 26 dicit* deponens se nescire alios sanctos invocatos fuisse praeter dictam Ven. Matrem, im-

§ 10. Unius Ven. Annae patrocinium invocatum.

mo imploratis precibus huius Monasterii pro sua Majestate ad nullos recursum fuisse quam ad Ven. Matrem.

§ 11. Sanatio instantanea.

*Ad 27 dicit* se respondisse superius, dictamque Reginam ipso facto fuisse sanatam.

§ 12. Perfecta et constans.

*Ad 28 dicit* dictam Reginam adeo integre sanitati restitutam fuisse, ut neque in eundem neque in similem morbum reinciderit.

§ 13. Causa scientiae a videntibus.

*Ad 29 dicit* se optime informatam fuisse de morbo Reginae per multas Dominas aulae suae, et nominatim per Ducissam Donani et Marchonissam de Sordeac.

II Testis, *Serenissima Maria Regina Mater Galliarum Regis (proc. fol. 188 terg.)*

§ 14. Durationem et gravitatem sui morbi sanata refert.

Ad articulum 129 *fol. 188 tergo dicit,* quod anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, sub octavam Sanctissimae Trinitatis, quo festo incidit obitus Ven. Matris, sua Majestas Gandavi exi-

§ 15. Febri continua laboravit 44 diebus et noctibus.

stens repererit se correptam febri continua, quae ipsi duravit quadraginta quatuor diebus et noctibus, et inter caetera accidentia impediebat ei

§ 16. Nocturnam requiem omnino abstulerat.

ordinarie noctu somnum usque ad horam septimam matutinam, adhibitis omnibus remediis humanis, quae excogitari poterant pro

§ 17. Vinci omnibus adhibitis remediis nequivit.

sanitate obtinenda, percipiens morbum continuari, et judicantibus medicis non posse eum minus durare sexaginta diebus, periculumque subesse

§ 18. Periculum hydropis.

transiturum in hydropem, refugit sua Majestas ad intercessionem dictae Ven. Matris Annae a S. Bartholomaeo, eo quod pariter intellexerat plures personas pari modo confugientes miraculose sanatas fuisse, et adjutas suis in necessitatibus, et specialiter quod pallium dictae Ven.

§ 19. Sibi imponit pallium Ven. S. D.

Matris plurimis infirmis sanitatem contulisset, qua de causa eodem Pallio procurato, eodem Suae Majestatis corpori superimposito, media

§ 20. Inde obdormit.

nocte, duabus horis post dormire coepit somno

perdurante in septimam circiter horam, quando § 21.
evigilavit tantum dolorem toto corpore persen- Evigilans graves experitur dolores.
sit, ut se morituram apprehenderet. Quod ubi
diceret primariae suae cubiculariae, ea desiderans
Majestatem suam consolari, dixit sanctos inter-
dum aliquibus personis succurrentes miraculose § 22.
tales dolores immittere, et de facto hora se- Iterum placide obdormit.
ptima cum dimidia matutina, aut circiter sua
Majestas in somnum reincidit ad aliquot horas,
sub quarum finem expergefacta reperit se sine § 23.
dolore et febribus, et malo quocumque, ac sur- Expergefacta est perfecte sana.
rexit et se vestiri curavit, refectionemque sum-
psit, atque a prandio descendit plerosque gra- § 24.
dus pedes, et rheda conscensa per moenia ci- Surgit e lecto et cibum sumit.
vitatis ambulavit cum omnium admiratione § 25.
eo quod primae vices essent, quibus suo cubiculo Dein pransit, ambulavit, plures gradus descendit.
egrederetur spatio quadraginta quatuor dierum,
judicantibus et ipsa sua Majestate, eiusque medi- § 26. Miraculum ab omnibus
cis sanationem ex toto esse miraculosam. proclamatum.

III Testis, *Expertissimus Dominus Ludovicus Hen-* § 27.
*ricus De Aquin, Medicus serenissimae Reginae* *MEDICUS CURATIONIS.*
*Matris Christianissimae, filius Philippi de Aquin*
*et Mariae Vidal. Aetatis Annorum 34.*

Ad Articulum 129 *fol. 199* dicit, quod anno
millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, Serenissi- § 28. Febris fuit *continua*
ma Regina Mater christianissima existens Gan- *putrida.*
davi prima die Maij incidit in febrem continuam
putridam, quae singulis diebus exacerbabatur cir- § 29. Ejus gravitas describi-
ca decimam nocturnam cum maxima anxie- tur.
tate, inappetentia, dolore capitis, vigiliis, qua- § 30.
draginta quatuor diebus continuis, quibus die- Dies quatuor supra quadraginta persistebat.
bus multa peracta fuere remedia, consultationes
quoque factae Parisiis, quae febrim ad sexage-
simum diem criticum perseveraturam judicabant. § 31. Remedia incassum a-
Admoto autem Pallio Ven. M. Annae a S. Bar- dhibita.
tholomaeo, nocte, quae secuta est quadragesimum
quartum diem morbi, maximum dolorem aegra

§ 32. Post impositum sibi pallium Ven. leni somno corripitur aegra ut tanto dierum spatio minime antea.

percepit, mox levi somno succedente, quod ipsi non contigerat toto morbi tempore, mane quando vigilavit deponenti et Prothomedico suo, qui vocabatur Andreas du Chemin, qui nuper obiit, narravit se recursum habuisse ad opem dictae Ven. M. Annae a S. Bartholomaeo, et caetera quae ipsi acciderant, et reperta est sine febre, et eodem die exivit domo et sanata fuit omnino, nec amplius reincidit in illam febrim, quod ipse deponens iudicat fuisse Miraculum, eo quod febris cessavit de repente absque ulla crisi et recidiva, et quod eodem die sanata domo exivit viribus recuperatis, quae diuturnitate morbi, et remediis fractae erant. Sicut et ipsa Serenissima Regina iudicavit fuisse miraculum et sanitatem sibi restitutam meritis et patrocinio dictae Ven. Matris Annae, uti referebat. Testatur etiam deponens quod illud miraculum illico fuit publicatum per totam aulam et civitatem Gandavensem et alia loca, ubi dicta serenissima Regina conversata fuit, famamque istam non fuisse ortam a personis suspectis aut interessatis, sed ab ipsa Regina eiusqne domesticis totius rei gnaris, quin etiam ab ipso deponente.

§ 33. Mane a teste reperta sine febri et omnino sanitati reddita.

§ 34. Testis miraculum intercessisse pronuntiat.

§ 35. Magis quod vires omnes antea fractas illico recuperavit.

§ 36. Fama miraculi statim vulgata.

*Ad vigesimum secundum fol. 200* idem Deponens dicit: illa nocte dum Regina convaluit, illi adfuisse famulam Cubiculariam et forte plures, et mane dum Regina recens sanata evigilavit, adfuerunt cum deponente Prothomedicus supradictus, nec non chirurgus et pharmacopola, qui omnes audierunt Reginam omnia supradicta narrantem.

§ 37. Testes et causa scientiae.

*Ad vigesimum sextum eodem folio* dicit praefatus deponens non audivisse quod Regina ad obtinendam suam sanationem imploraverit opem alicuius alterius Sancti aut Sanctae.

§ 38. Sanatio Ven. Annae patrocinio tribuenda.

IV Testis, *Illmus D. Lucas Fabronus Florentinus ann. 49, Vice-Comes de Domarc et consiliarius Christianissimae Reginae matris, filius Illmi D. Leonardi Fabroni et Dnae Isabellae De Asinis. (Proc. fol. 211 terg.).* § 39. *TESTIS DE VISU.*

Ad centesimum vigesimumnonum Art. *fol. 211 terg.* Dominus deponens respondit, quod anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio die decima quarta Junii Christianissima Regina Mater Franciae, cum jam esset aetatis annorum quinquaginta novem, et laborasset Gandavi continua febri per dies quadraginta quatuor et totidem noctes, quas insomnes fere agebat, et postquam usa fuisset omnibus remediis, quae Doctores ejus Medici poterant praescribere, et nihil posset proficere, sua Majestas refugium habuit ad merita et preces dictae Venerabilis Matris Annae a S. Bartholomaeo, prout ipsa Regina Domino deponenti narravit; quam quidem Venerabilem Matrem ipsa Regina familiariter noverat in Francia, et quo illius cura et industria venerat ex Hispania cum aliis quinque Monialibus, ut ibi fundaret prima Monasteria sui Ordinis, et propterea opinionem quam de illius sanctitate habebat, quodque per illius intercessionem audisset patrari Miracula et per illius pallium aegris restitui sanitatem, procuravit eadem serenissima Regina idem Pallium ad se deferri, et sibi imponi, quo facto sensit dolores insolitos toto corpore, qui tamen mox fuere mitigati, et somnus Reginae redditus, post quem dicta Regina a febri libera fuit, et sanata ita quod ipsa et Medici id reputaverint pro evidentissimo miraculo, quod ipsa acceptum retulit intercessioni dictae Ven. Matris Annae, mediante dicto Pallio, prout haec Dominus deponens, intellexit a Serenissima Regina, et vidit respective cum ipse Dominus Deponens in familia dicta serenissimae Reginae versetur, et illius sit intimus et Domesti-

§ 40. Aetas aegrotae ann. 59.

§ 41. Febris continua somnum abstulerat.

§ 42. Remedia omnia inutilia experta est aegra.

§ 43. Confugit ad opem Ven. Annae.

§ 44. Illico liberatur a febri.

§ 45. Sanatio ab evidentissimo miraculo repetenda omnes judicarunt.

§ 46. Testis omnia comperiit sua scientia.

cus consiliarius, et consequenter vidit dictam serenissimam Reginam a dicto morbo, cuius toto

§ 47. Nulla fuit intermedia mora convalescentiae.

tempore oculatus testis fuerat, de repente liberatam sine intermedia mora convalescentiae, ita quod eodem die surrexerit e lecto, per domum

§ 48. Statim surrexit e lecto sanata, ambulavit, scalas plurimorum graduum descendit et ascendit.

progressa fuit, descendendo et ascendendo suis pedibus multos gradus aulae Gandavensis, et aula egressa per moenia dictae urbis Gandavensis, rheda vecta est, dehortante tam Domino deponente, quam aljis, utpote cum antea spatio dierum quadraginta quatuor cubiculo egressa non esset, et postquam domum redijt dicta christia-

§ 49. Rheda spatiatum ivit.

nissima Domina Regina optime se habuit, et bene coenavit, et ulterius sine reincidentia ulla sana permansit et post paucos dies Bruxellas rhe-

§ 50. Optime se habens coenavit.

da non lectica venit sine molestia itineris, prout omnia hac periodo comprehensa Dominus deponens oculis suis vidit et dicta serenissima Regina

§ 51. Paucis post diebus Bruxellas profecta est.

eidem narravit, quod cum invaletudinem suam curasset Parisiis examinari, responsum habuit a Doctoribus medicis, quod quandoquidem febris illa durasset per dies quadraginta quatuor, non poterat cursu naturali durare minus quam ad dies sexaginta, ita quod tam medici, quam alii iudicaverint dictam sanationem fuisse miraculosam. Insuper declarat idem D. Deponens *fol. 213* et seq. De praemissis fuisse publicam vocem et famam tam in dicta civitate Gandavensi, Bruxellensi,

§ 52. Publica fama miraculi, a quibus orta.

Antuerpiensi, quam aliis, et quod ea ortum habuit ab ipsamet serenissima Regina, et illius medicis et Aulicis.

*Ad 22 interrogatorium* Domini Subpromotoris *fol. 213 terg.* respondit, miraculum in persona Reginae factum se scire tam ex visu quam auditu ab ipsa serenissima Regina propria, ut superius est dictum, ipsamque sanationem, sicut et fe-

§ 53. Causa directa suae scientiae.

brim visas et notas fuisse omnibus ipsius Aulicis.

*Ad 23 eodem fol. dixit* Dñus Deponens se credere dictam sanationem fuisse miraculosam ob rationem mox assignatam. § 54. Testis miraculum judicat.

*Ad 25 dicit eodem fol. et sequenti ;* ab initio morbi et durante eodem adhibita fuisse omnia remedia, quae medici Reginae praescripserunt, ut dictum est, quorum qualitates Dominus Deponens nescit, declarans dictus Dominus Deponens se dictam sanationem adeo habuisse pro miraculosa, ut ipsemet pro eodem tempore coeperit quotidie implorare patrocinium ipsius venerabilis Matris Annae a S. Bartholomaeo, ut supra etiam dixit. § 55. Idem confirmat.

*Ad 26 fol. 214 dixit,* se non aliud audivisse quam quod a dicta serenissima Regina invocata fuerit, opitulatio solius Venerabilis M. Annae a S. Bartholomaeo. § 56. Unius Ven. Annae patrocinium aegra invocavit.

Testis V' *Itlm̃a D=a Ludovica De Vieupont, Marchionissa de Sodeac, ann. 39, uxor Marchionis D'Omant, dicti de Sodeac, quae erat in comitatu Reginae Matris Christianissimae, filia D. Alexandri de Vieupont, Marchionis de Neufbourg et Dñae Renatae de Tournemine, (Proc, fol.224)* § 57. *TESTIS DE VISU.*

*Ad articulum 129 fol. 224* dicit et declarat, quod anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio viderit prima die Maij Serenissimam Reginam Matrem christianissimam in urbe Gandensi correptam febri continua, quae ei duravit spatio quadraginta quatuor dierum et noctium, cum reduplicationibus et inquietudinibus, quae Suae Majestati somnum praepediebant, quemadmodum dicta Regina declarabat tam Dominae Deponenti, quam aliis suis Aulicis: atque adhibentibus Medicis venae sectiones et potiones laxativas diversis vicibus, iisque remedjis nihil proficientibus, confugit Sua Majestas ad preces Venerabilis Matris Annae, ipsaque Domina Deponens quaesitum abiit et attulit suae Majestati Pallium

§ 58. Initia morbi die 1 Maji 1733.

§ 59. Febris duratio et ejus quotidiana exacerbatio.

§ 60. Somnum auferebat.

§ 61. Remedia potiones laxativae et iteratae sectiones venae nil proficiebant.

§ 62. Imposito sibi Ven. pallio illico sanitati redditur.

§ 63. Uti suis oculis testis vidit postridie.

§ 64. Accipit testis ab ipsius ore sanatae sanationis adjuncta.

dictae Ven. Matris, quod sua Majestas cum devotione suscepit et nocte personae suae imponi curavit, prout dicta Sua Majestas et Domicella Salvagia primaria ejus famula cubicularia sibi Dñae Deponenti retulerunt, et postridie dicta Domina Deponens vidit Suam Majestatem sanatam, audivitque medicos dicentes eam esse a febri liberatam, sicut etiam vidit eodem diem suam Majestatem incedere per domum, ac descendere per dictum descensum plurimorum graduum, et condescendere rhedam, qua ambulatum ivit per magnam partem moenium dictae urbis Gandensis, ac vesperi bene valere, narravitque ipsi Dñae Deponenti Serenissima Regina Mater, quod paulo postquam regali suae personae imponi curasset dictum pallium, praeter solitum indormierit et expergefacta mane ea quasi hora, qua solebat hoc in morbo indormiscere, persensit toto corpore magnos dolores, de quibus ubi conquesta foret dictae Domicellae Salvagiae, illa responderit suae Majestati frequens Sanctis esse ubi miracula patrare intendunt, ea ad illum modum operari; et quod paulo post cessantibus dictis doloribus reinciderit sua Majestas in dulcem somnum, post quem se ab omni dolore et febri liberam deprehendit, atque adeo sua Majestas, eiusque medici reputarunt praesentem sanationem pro evidentissimo miraculo facto per intercessionem dictae venerabilis Matris, eiusque pallij contactum, attestaturque ulterius dicta Domina deponens suam Majestatem spatio quadraginta quatuor dierum cubiculo suo egressam non fuisse ante diem suae sanationis, medicosque Parisienses super infirmitate suae Majestatis consultos respondisse, quod considerata illa febrium ad quadraginta quatuor dies duratione, febres minus durare non possent quam dies sexaginta, prout etiam sua Majestas retulit Dominae Deponenti. Declarat

dicta Domina Deponens hanc suae Majestatis sanationem notoriam factam esse tam per suam Majestatem quam per praecipuos suos Aulicos, sicque publicatam, divulgatam atque ad totius mundi notitiam devenisse. § 65. Vulgata miraculi fama.

*Ad 26 dicit fol. 226* se ignorare quod sua Majestas invocaverit alios sanctos praeter assistentiam venerabilis Matris, etiamsi credat diversas personas Deum precatas esse Divam Virginem et alios sanctos pro sanitate dictae suae Majestatis, prout ipsamet Deponens fecit eo morbo durante: caeterum credit suam Majestatem sanitati restitutam intercessione dictae venerabilis Matris Annae, eo quod ea sanatio contigit paulo postquam personae suae Majestatis pallium dictae venerabilis Matris impositum est. § 66. Patrocinium invocatum Ven. Annae opem attulit.

*Ad 28 fol. idem 226* eadem Domina Deponens dicit supra satisfactum esse, addendo suam Majestatem sanam permansisse, absque ulla recidiva. § 67. Sanitas constans absque recidiva.

et infra octo dies post sanationem exinde Gandavo Bruxellas rheda reversam esse. § 68. Post dies aliquot Bruxellas Gandavo profecta est.

Testis VI, *Illustris D. Margarita de Mergei, dicta de S. Martino, Gubernatrix Domicellarum honorariarum serenissimae Reginae matris Christianissimae, filia D. Jacobi de Mergei Domini des Forges in oppido de Van Déure, et Margaritae Dirger vidua D. Jacobi d'Avons Domini de Vernouille, dum viveret signiferi custodiae stipatoriae corporis Regis christianissimi, ann. 70 et ultra. (Proc. fol. 233)* § 69. *TESTIS DE VISU.*

Examinata super centesimo vigesimo nono Articulorum *fol. 236 terg. et sequenti* dicit Reginam Matrem Christianissimam tunc temporis existentem Gandavi correptam fuisse febri continua, quae § 70. Febris continua.

illi duravit quadraginta quatuor diebus et noctibus majori in dies cum vehementia, quae reddebat Suam Majestatem valde deformem, eamque privabat som- § 71. Ejus vehementia.

§ 72.
Maciem et pallorem induxerat: somnum et appetitum abstulerat.

§ 73.
Medelarum inefficacia.

no et appetitu, unde adhibitis plerisque remediis advertens sua Majestas nihil ea sibi prodesse, confugit ad preces dictae venerabilis Matris, quacum aliquando familiariter in Galliis conversata fuerat, uti dicta Regina Deponenti quandoque narravit. Non recordatur tamen se ex ea audivisse quod venerabilis Mater ad eius instantiam et procurationem ex Hispania fundatum venerit in Galliis primum Ordinis sui monasterium, nihilominus dicit se meminisse quod ex sua Majestate audierit eam ob reputationem sanctitatis, qua venerabilis mater Anna pollebat, et quod sua Majestas intellexisset eius meritis et intercessione Deum pleraque miracula operatum esse, et pallio quod eadem venerabilis Mater gestaverat pluribus sanitatem fuisse restitutam, sibi procurasse idem pallium, eoque sibi imposito Dominam Reginam persensisse toto corpore extraordinarios dolores, qui repente sedati sunt suavi quodam somno, qui suam majestatem incessit, quo durante febris eam omnino dereliquit quemadmodum Deponens habuit ex ore ipsiusmet Reginae et Domicellae Salvagiae, viditque dicta Domicella deponens eodem die, quo dictum Pallium corpori Reginae superimpositum fuit, eamdem integre sanatam lectum deseruisse ac domum obambulasse, ascendisse et descendisse scalas quasdam plurimorum graduum, rhedaque ambulatum ivisse per moenia, ubi quadraginta quatuor dierum intervallo cubiculo egressa non fuerat: eaque de causa eadem sanatio miraculosa habita est tam a Regina quam a Doctoribus suis et aliis.

§ 74.
Sanationis circumstantiae testi a sanata enarratae.

§ 75.
Eo ipse die sanata lectum deseruit validisque viribus usa est.

§ 76.
Uti perfecta sana et valens ambulavit, et scalas adscendit descenditque.

Declarat pariter dicta Domicella deponens se recordari ex ipsa Regina audivisse, se super suo morbo consultationes haberi curasse Parisiis, nihil tamen de accepto responso sibi deponenti constare; declarando ulterius eam suae Majestatis sanationem notoriam et pubblicam factam esse tum a sua

§ 77.
Miraculum proclamatum.

Majestate tum a Domesticis, aliisque personis fide dignis. Interrogata an credat et teneat dictae suae Majestatis sanationem miraculosam, dicit, se credere magnum atque evidentissimum miraculum esse transcendens vires naturae.

Ad vigesimum tertium articulum Domini Subpromotoris sicut et ad vigesimum quartum et quintum dicit *folio 238* se satisfecisse superius, Reginamque sanatam, ut supra, sanam permansisse absque recidiva.

§ 78. Sanitas sibi constitit absque recidiva.

Ad vigesimum nonum *eodem fol.* dicit se non meminisse quod audiverit vota quaedam facta, aut preces fusas ad alios sanctos pro sanitate Suae Majestatis recuperanda, quam ad venerabilem Matrem Annam.

§ 79. Ven. Annae uni patrocinio sanatio tributa.

VII Testis, *Salvagia Vincenti, Prima-Cubicularia Reginae Matris Christianissimae, ann. 67, nata Poggibonsi, prope Senas in Districtu magni ducis Hetruriae, filia qm. D. Matthaei Vincenti et D. Magdalenae Cenni. (Proc. fol. 245 terg.)*

§ 80. *TESTIS DE VISU.*

Praedicta Domicella examinata super centesimo vigesimonono articulorum Procuratoris hujus causae *(fol.250)* dicit et declarat, quod mense Junio absque eo quod ita praecise diei recordetur a quinque annis, ut sibi videtur, Serenissima Regina Mater christianissima Gandavi laboraverat febri continua spatio quadraginta quatuor dierum, cum quotidiana ejusdem febris reduplicatione, ac vehementi inquietatione, praepedientibus Suae Majestati somnum, eamque graviter debilitantibus, adeo ut sero admodum de nocte indormisceret, parumque dormiret, prout et de die parum quiescebat, ideoque toto morbi tempore omnibus humanis remediis adhibitis confugerit ad dictam Venerabilem Matrem Annam, quam sua Majestas

§ 81. A febris diuturnitate et gravitate magna virium defectio parta.

§ 82. Quotidiana febris reduplicatio.

§ 83. Noctu et die vix aegra somnum capere poterat.

§ 84. Remedia incassum adhibita.

juxta ea quae deponens intellexit, antea in Galliis noverat atque eo ex Hispaniis evocaverat ad ibidem fundanda prima Ordinis sui monasteria, ac pariter sibi ejusdem Venerabilis Matris Pallium adferri curaverit, quod dicta Domicella deponens imposuit corpori Reginae, quae ubi exinde ad horas aliquot indormivisset, expergefacta toto corpore extraordinarios dolores persensit, quemadmodum ipsi Domicillae Deponenti ipsamet eodem instanti declaravit, erantque iidem dolores tam vehementes ut mortem sibi imminere apprehenderet, veluti sua Majestas referebat. Ad quae Domicellae deponens replicuit illud signum esse suam Majestatem protinus sanandam, juxta ea quae dicta Deponens aliquando referri audiverat, sanctis nimirum familiare esse, ubi quem sanare intendunt, primum notabiles dolores immittere. Quo facto Sua Majestas in suavem quemdam somnum incidit, unde expergefacta deprehendit se penitus a febri liberatam absque ullo dolore aut alia infirmitate, eodemque die recuperatis viribus e lecto surrexit, domum obambulavit, pedesque descendit scalas plurimorum graduum rhedaque spatiatum ivit per moenia urbis Gandensis, quod antea spatio quadraginta dierum non fecerat, neque ipso cubiculo egressa, atque vesperi reversa, sana et optime disposita ascendit dictas scalas, et more solito, uti in sanitate facere consueverat, coenavit, sanaque permansit ac Bruxellas paulo post rediit, quot vero post dies non ita singillatim meminit. Quam sanationem Sua Majestas ac Deponens reputarunt evidenter Miraculosam, suaque Majestas retulit ipsi deponenti Medicos suos eam etiam ut talem reputare, seque curasse super eo morbo suo Parisiis consultare, responsumque fuisse quandoquidem morbus durasset quadraginta quatuor diebus, minus durare non posse, quam sexaginta. Dicit ulterius

§ 85. Testis imponit lecto in quo aegra jacebat, pallium Ven.

§ 86. Post graves aliquos dolores aegra suaviter obdormit et sana expergiscitur.

§ 87. Lectum, viribus recuperatis, deseruit.

§ 88. Firmo statim gradu utitur.

§ 89. Reversa in palatium optima utens et firma valetudine, uti ante morbum, coenavit.

§ 90. Miraculosa sanatio habita ab omnibus.

eam sanationem factam esse notoriam, ac rumore communi publicatam ut miraculosam Gandavi, Antuerpiae et Bruxellis, imo etiam, ut deponens credit, Parisiis, dicta Regina eam ut talem ubique publicante una cum domesticis, qui similiter eam miraculosam credebant.

§ 91.
Et uti talis latissime vulgata.

*Interrogata dicta Domicella deponens super vigesimo secundo interrogatorio* D. Subpromotoris dicit *(fol. 254 tergo)* supra satisfactum esse, addendo se praesentem fuisse in cubiculo Reginae, uti dictum est, omnesque domesticos Suae Majestatis scivisse totum morbi decursum usque in finem, ac sanationem vidisse talem ut supra.

§ 92.
Directa causa scientiae.

*Ad vigesimum tertium dicit eodem fol.*, se credere eam sanationem miraculosam esse eo quod res sit extraordinaria, quod Medici efficere non valuerunt.

§ 93.
Medicae artis inefficacia miraculum testatur.

*Ad vigesimum sextum dicit fol. 252* se neque dici audivisse neque recognivisse ad aliquos sanctos recursum esse, pro sanitate Reginae impetranda, quam ad dictam Venerabilem Matrem.

§ 94.
Non alterius ex sanctis invocata est intercessio.

*Ad vigesimum octavum dicit eodem fol.* quod Sua Majestas reversa Bruxellas sana remanserit absque ulla recidiva in eumdem vel alium morbum.

§ 95.
Sanitas perfecta fuit et constans.

---

Die 24 Martii 1911.

ALOISIUS TOESCHI ADV.
ADULPHUS GUIDI

---

REVISA
ANGELUS MARIANI S. C. Adv.
S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor

# ANTUERPIEN.

## BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

# SOR. ANNAE A S. BARTHOLOMÆO

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM DISCALCEATORUM

## DECRETUM

§ 9.
*Decretum de validitate Processus super virtutibus et miraculis in specie.*

Proposito in Sacra Rituum Congregatione Ordinaria per Emum et Rmum D. Card. Norfolke huiusmodi Causae Ponentem Dubio, an constet de validitate Processus in specie dictae Servae Dei Annae a S. Bartholomaeo, Testes sint rite et recte examinati, et jura legitime compulsata in casu; eadem S. Congr. audito Fidei Promotore in voce et in scriptis, censuit ad Primum constare de validitate. Ad secundum Testes esse rite examinatos, exceptis tribus, nempe IX, X et XII, in his quae concernunt miracula. Quoad tertium jura esse legitime compulsata, excepta fide Baptismatis et Confirmationis, pro quibus expediri mandavit Litteras particulares ejusdem Sacrae Congregationis Episcopo Abulensi directas pro facienda Servae praedictae nova et legitima dd. partitarum Baptismatis et Confirmationis extractione: et non esse ad ulteriora in hujusmodi

Causa procedendum, nisi prius revisis et approbatis ab ipsa S. Congregatione operibus dictae Servae Dei, si Sanctissimo Domino placuerit. Die XV Septembris 1691.

Et facta de praedictis SSmo D. N. per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua annuit. Die 19 Octobris ejusdem anni 1691.

Ita reperitur in Actis ac Regestis Secretariae Sacrorum Rituum Congregationis.

In Fidem etc.

Ex eadem Secretaria hac die 14 Aprilis 1911.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine Ep. Charystien., *Secret.*

---

**REVISA**

**ANGELUS MARIANI S. C. ADV.**

**S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor.**

# ANTUERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

# SOR. ANNAE A S. BARTHOLOMAEO

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM

## VOTUM MEDICO-LEGALE

QUOD AD OPPORTUNITATEM FEREBAT

Excm̃us Dominus

JOSEPHUS PANEGROSSI

in Romanis Nosocomiis Doctor Primarius

atque

in Studiorum Universitate Neuropathologiae Professor

super sanatione

P. LEOPOLDI A S. JOANNE BAPTISTA

a meningite suppurativa parta ab otite

cum immediata virium recuperatione

Padre Leopoldo di S. Giovanni Battista, di anni 28, Carmelitano Scalzo del Convento di Anversa, vissuto nel secolo XVIII.

Nulla si conosce circa i suoi precedenti ereditarî ed individuali.

Ben si apprende invece dalle deposizioni concordi

di numerosi testimonî, come egli nel mese di Novembre dell' anno 1730, avendo nna notte lasciata aperta la finestra della sua cella, contraesse una grave affezione reumatica, caratterizzata da catarro e da violenti dolori alla testa e al petto. Ci viene riferito pure che questi disturbi scomparvero in breve tempo (10-12 giorni) con una cura adeguata, e che ad essi successe uno scolo abbastanza copioso di sangue e pus dall' orecchio sinistro, il quale si protrasse per parecchi mesi, vale a dire fino ai primi del mese di settembre dell' anno successivo (1731).

In quest'epoca, sempre secondo le stesse testimonianze, si iniziò la malattia che forma oggetto del presente voto. E cioè col cessare dello scolo purulento dall'orecchio, comparve dolore di capo, accompagnato da lenta febbre che, dapprima mite, andette in seguito sempre più aggravandosi, fino a privare dal sonno l'infermo. Si giunse così al giorno 29 settembre, in cui lo stato dell' infermo divenne così grave, essendosi per la violenza del dolor di capo e della febbre aggiunto il delirio, che per consiglio dei medici, gli fu somministrato il viatico. Questo stato di gravezza e di pericolo per la vita, sempre per l'intollerabile dolor di capo, per la febbre, per i violenti accessi di delirio, per i frequenti deliquî, per un vomito ostinato sopraggiunto, si protrasse per otto o dieci giorni, finchè l' 8 ottobre giunse l'infermo a tale punto di debolezza, di sfinimento, che i medici credendolo prossimo a morire, gli fecero somministrare l' estrema unzione.

Si ebbe poi, pare in seguito alle cure praticate, un sensibile miglioramento, tanto che il giorno in cui ricorrea la festa degli Apostoli Simone e Giuda potè il religioso discendere nella Chiesa del Convento ed appressarsi alla Sacra Mensa.

Questo miglioramento fu però di breve durata, perchè tosto tutti i disturbi suaccennati, e cioè il dolore di capo, la febbre, il vomito, il delirio, i deliqui, si presentarono con la stessa, anzi con maggior violenza della prima volta, e da quel momento essi andettero continuamente e progressivamente aumentando di intensità, fino al giorno in cui avvenne l'improvvisa ed inaspettata guarigione dell'infermo (8 novembre 1731).

In questo secondo periodo della malattia la febbre fu sempre elevata con esacerbazioni e remissioni, ed il delirio raggiunse una tale violenza e ferocia, che tre o quattro persone tra le più robuste, non riuscivano a trattenere l'infermo: d'altro canto la prostrazione che a tali accessi seguiva era estrema. In uno di questi accessi di delirio il religioso riuscì, malgrado l'assidua sorveglianza cui era sottoposto, a fuggire dal letto, e, salito in piedi sull'orlo del cammino e dato di piglio a un ferro, si diè con questo a minacciare i religiosi accorsi alle sue grida. Ricondotto a letto con grande stento, fu per consiglio dei superiori, allo scopo di evitare danni contro sè stesso e contro gli altri, fatto solidamente assicurare con funi, ed in questo stato egli appunto si trovava quando avvenne la guarigione.

Durante questa malattia l'infermo fu curato dal Dott. Steyneu, medico ordinario del convento, e due volte visitato anche dal Dott. Villelle. Ambedue i sanitari furono concordi nel ritenere il caso estremamente grave e mortale. Nessuno dei rimedi che la medicina di quei tempi poteva suggerire fu trascurato (sanguisughe, vescicatori etc.), ma il risultato fu pressochè nullo, perchè se si eccettui un fugace miglioramento verificatosi nei primi tempi del male, essi rimasero assolutamente senza effetto, sicchè più tardi ogni cura fu abbandonata.

Riuscendo inutili tutti gli umani rimedi, pensò il P. Leopoldo, dietro consiglio del suo confessore, di far ricorso alla Venerabile Maria Anna di San Bartolomeo, le cui virtù ben conosceva, ed iniziò una novena in suo onore. Questa novena però, appena iniziata si dovette sospendere, per le gravi condizioni dell'infermo che, in conseguenza dei gravi e prolungati deliqui, sembrava dovesse morire da un momento all'altro.

Ma più tardi, in un momento di tregua del delirio, mentre l' infermo si trovava, come si è detto, solidamente assicurato con funi, in previsione di nuove violenze, ei rivolse di nuovo il suo pensiero alla Venerabile Anna, e dolendosi in cuor suo di aver dovuto interrompere la incominciata novena fece voto di riprenderla tosto, e di recarsi, non appena gli fosse stato possibile, a visitare il suo sepolcro. Dopo di che improvvisamente sentì venir meno le sue forze e nella semicoscienza, come ebbe pronunciato un Pater ed Ave, mentre il suo corpo veniva invaso da un tremito generale e si ricopriva di sudore, si trovò completamente libero dai lacci onde era assicurato. I religiosi accorsi alla sua chiamata, lo trovarono in tale stato stupefatti, e con meraviglia anche maggiore constatarono che i nodi delle funi erano intatti.

Da quel momento ogni disturbo scomparve ed il religioso tornò a star subito perfettamente bene come prima.

Questa in succinto la storia del fatto, sul quale il Revmo Postulatore della Causa di Canonizzazione della Venerabile Maria Anna di S. Bartolomeo, si è compiaciuto affidare a me l'incarico di scrivere un voto stragiudiziale, allo scopo di presentare il fatto stesso come miracolo all'approvazione della Congregazione dei SS. Riti.

Sebbene il mio incarico non sia ufficiale e circondato dalle garanzie del giuramento, ciò nondimeno ben comprendo la grave responsabilità inerente a

questo ufficio, e mi accingo ad esporre il risultato dei miei studi dopo avere, come è mia abitudine, scrupolosamente esaminato il processo ed acquistato in merito con tutta serenità e coscienza il mio convincimento.

Essendo il soggetto del presente miracolo la guarigione di una malattia, è chiaro come il nodo della discussione stia appunto nello stabilire con precisione la diagnosi della malattia stessa, e naturalmente gli elementi di siffatte diagnosi debbono esser tratti dalle testimonianze riportate nel Processo.

A questo proposito, mi pare che tre punti debbano *essere partitamente* presi in considerazione:

1.° La natura della malattia iniziale;

2.° La natura dell' affezione auricolare che ad essa seguì;

3.° La natura della malattia terminale, della quale il religioso improvvisamente ed inaspettatamente risanò.

*Natura della malattia iniziale.*

Dichiara in proposito il risanato come (proc. pag. 2 bis): « videlicet circa tempus remigiale anni « 1730 quodque paucis de post septimanis acciderit « ut aperta de nocte in cubiculo suo fenestra, « gravissimum catharrum contraxerit, cum gravi « pectoris sed vel maxime capitis, dolore ». E più sotto si legge nella sua deposizione (pag. 7 bis): « qui dolor pectoris mediante venae sectione, adhi- « bitisque quibusdam remediis pectoralibus decem « aut duodecim tantum circiter diebus deponen- « tem afflixit ».

Dalla quale deposizione chiaramente risulta, che il P. Leopoldo di S. Giovanni Battista nell' inverno 1730, essendosi esposto ad una causa reumatiz-

zante, fu colpito da una malattia che si protrasse per 10-12 giorni, e fu caratterizzata da gravissimo catarro con intensi dolori alla testa e al petto. Si trattò certamente di una forma reumatica, e con ogni probabilità di natura influenzale, come stanno ad attestare l'elemento dolore e la complicazione morbosa, che come or ora vedremo, poi si ebbe, la quale è particolarmente frequente in questa malattia.

### *Natura dell' affezione auricolare.*

A questo proposito il risanato dopo aver fatto cenno all' affezione reumatica iniziale e al violento dolor di capo che l' accompagnò, dice (proc. pag. 2 bis) « qui dolor capitis sensim diminutus fuit, super« veniente copiosa sanguinis et puris per aurem « sinistram exoneratione, qui fluxus continuavit « usque ad mensem septembris anni 1731 ».

Donde apparisce che col declinare di questa malattia, insorse un abbondante scolo purulento dall' orecchio sinistro, il quale si protrasse per parecchi mesi, e cioè fino al settembre del 1731. Questo scolo fu certamente la manifestazione di un' otite media purulenta che si complicò alla malattia iniziale.

### *Natura della malattia terminale della quale il religioso improvvisamente ed inaspettatamente risanò.*

Circa l' inizio della medesima si legge nella deposizione del risanato (proc. pag. 2 bis), dopo che si è fatto cenno dello scolo purulento dall' orecchio sinistro, « quando eo cessante, denuo suc« cessit prior capitis dolor ». E più sotto (pag. 7 bis): « eoque tunc cessante, denuo incepit depo« nens laborare priori capitis dolore, qui in dies « ingravescebat mixta lenta febri ».

Dice il III teste (proc. pag. 13): « cum praefatus « P. Leopoldus sub initium mensis septembris 1731 « incepisset laborare gravi infirmitate, capitis do- « lore... ».

E il V teste (proc. pag. 21): « postquam dictus « P. F. Leopoldus longo antecedenter tempore « quodam puris sanguine mixto effluxu ex auri- « cula laborasset, idemque effluxus jam per ali- « quantum temporis cessasset, inceperit laborare « magno capitis dolore.... ».

Dal VII teste pure si apprende (proc. pag. 27): « dictam infirmitatem.... incepisse gravissimo ca- « pitis dolore acuta febre associato ».

Dal che si può con sicurezza stabilire che la malattia in discorso si iniziò al principio del mese di settembre dell' anno 1731, col cessare dello scolo purulento dall'orecchio sinistro, e che suoi primi sintomi furono dolore di capo e febbre.

Circa l'ulteriore decorso della malattia, continua il risanato nella sua deposizione (Proc. pag. 2): « quo (dolor capitis) sese in dies magis ac magis « intendente nihilque medentibus remediis et esu « carnium a medico praescriptis, tandem circa fi- « nem mensis, tam vehementer inde fuit afflictus « ut somni quietisque incapax diu noctuque per « Conventum currere et recurrere cogeretur, et « demum vigilia Sancti Michaelis, seu 28 dicti « mensis Septembris, circa horam quintam matu- « tinam prae vehementia dicti doloris in deli- « quium inciderit, quo in statu permansit usque ad « horam septimam matutinam circiter sequentis « diei, applicatis interim ex consilio medicorum « sectione venae in pede, et brachio cucurbitulis « scarificatis, nec non vesicatoriis, uti sibi postmo- « dum praesens factus ex aliis intellexit, quo die ex « consilio dictorum medicorum metu reincidentiae « circa quintam vespertinam extremo Viatico « administratus fuit, post quam administrationem

« perseverante semper praefato capitis dolore cui
« accesserat a tempore dicti delirii continua fe-
« bris comitata evomitionibus stomachi vix ali-
« quid solidi nutrimenti ferentis, tam eadem ve-
« spera ac sequenti nocte, aliisque successive
« diebus saepe saepius in praefata deliquia, deli-
« ria, et mentis impotentiam reincidit, atque ita
« sensim viribus exhaustus fuit, ut tandem die 8
« subsequentis mensis octobris circa nonam ve-
« spertinam, cum tam a se ipso quam a superio-
« ribus suis iudicaretur morti proximus, extrema
« unctione de consilio medicorum fuerit muni-
« tus . . . ».

Il III teste (Priore del Convento e confessore del risanato) depone (Proc. pag. 13) « inte-
« rea dicto morbo et capitis dolore ita in-
« gravescente, ut dictus P. Leopoldus die ante
« festum S. Michaelis, seu 28 eiusdem mensis
« Septembris, inciderit in deliria, quibus per pau-
« cas horas intermissis, ipso festo Sancti Michae-
« lis, seu 29 dicti mensis, circa medium quintae
« vespertinae iudicio medici, deponens praefato P.
« Leopoldo Sacrum administravit viaticum, quod
« magna devotione sumpsit. Quoque pauco post
« tempore, idem P. Leopoldus reinciderit in prae-
« dicta deliria saepius reiterata et febres acutis-
« simas, quae deliria adeo erant vehementia ut
« plures religiosi fortes et robusti eum in lecto
« suo vix detinere potuerint, prout deponens
« non raro se vidisse affirmat. Quibus deliriis et
« acutissima febri vires dicti P. Leopoldi ita
« exhauriebantur, ut brevi moriturus crederetur, ita
« ut ex iudicio medici die 8 mensis Octobris
« subseqnentis, circa horam decimam vespertinam,
« deponens eidem P. Leopoldo administraverit
« extremam unctionem ».

Il IV teste dichiara (Proc. pag. 17) « quo-
« modo die 28 Septembris anni 1731 prae-

« fatus P. F. Leopoldus a S. J. Baptista circa
« horam septimam matutinam repertus fue-
« rit in cubiculo suo iacens extra se in quo-
« dam delirio, in quo ab ipso deponente eo ac-
« currente visus fuit, quamvis tantum transeunter,
« donec circa horam undecimam matutinam
« ejusdem diei, deponenti a superioribus suis in-
« junctum fuit ut dicti P. Leopoldi curam susci-
« peret, qui P. Leopoldus interea e cella sua ad
« infirmariam delatus etiam dum in eodem statu
« remanebat, nec adhuc ad mentem rediverat,
« imo in eadem mentis absentia perseveravit
« usque in horam circiter septimam matutinam
« diei sequentis, uti a deponente toto illo tempore
« intermedio ipsa nocte vigilando transacta, con-
« stanter observatus, nequidquam medentibus ve-
« nae sectione ac cucurbitulis scarificatis. Postquam
« vero dictus P· Leopoldus die et hora, ut supra,
« ad se redivit, conquerebatur de gravissimo, quem
« sentiebat capitis dolore, ac insuper compertus fuit
« laborare gravissima febri. Quibus usque ingra-
« vescentibus, visum fuit ex consilio medici eidem
« P. Leopoldo circa vesperam ejusdem diei ad-
« ministrare Sacrum Viaticum prae metu re-
« versuri delirii. Quemadmodum subsequentibus
« pluribus diebus hujusmodi deliria, et intollera-
« biles capitis dolores, continuante acutissima fe-
« bri, et intervenientibus etiam animi deliquiis eo
« incrementi devenerunt, ut de vita ejus concla-
« matum videretur, necessariumque iudicatum fue-
« rit eumdem extrema unctione munire, quemad-
« modum eadem munitus fuit ».

Il Dr. Steynen, medico curante, chiamato presso l'infermo il giorno 3 Settembre 1731 « eumdem
« invenit laborantem catharro periodica in dies
« successive ingravescente, ac notabili insuper
« capitis gravedine stipata a die 8.ª ejusdem men-
« sis circiter usque ad 21.ª, quando graviores

« etiam capitis dolores mox successerunt, atque « ipsa febris in dies incrementum sumpsit, sese « quidem in dies remittens, sed non plene ces- « sans, quam febrim intitulat testis synochum « simplicem, eaque etiamnum magis in dies in- « gravescente, cum deliriorum symptomatibus, ius- « su deponentis, dictus P. Leopoldus extremis « sacramentis munitus fuit » (Proc pag. 42 bis).

13. Neque dicas allatos Doctores de meningite cerebrali dissere in genere sumpta. Nam in opere, cui titulus (*Trattato delle malattie nervose, pubblicate per cura di Albuth - L.Ferrio Vol.2 pag.474*) de meningite ex origine otitica peculiaris instituitur quaestio, ibique, alia inter, haec legere est: « I « sintomi di una meningite suppurativa sono già « stati discussi parlando dell'ascesso celebrale, la ce« falea è molto forte, e spesso l'ammalato grida « per il dolore; la neurite ottica si stabilisce pre« cocemente; *si ha rigidità del collo con qualche « manifestazione da parte dei nervi craniani, per « es. strasbismo ed irregolarità nel respiro*; il « polso è pieno e frequente, la temperatura ele« vata; si ha vomito *e paralisi degli arti corri« spondenti* al grado maggiore o minore d'inva« sione della corteccia motrice ».

14. Quod si morbi durationem noscere cupias, eam ab eodem superius laudato doctore Francisco Minet in primis accipias. Ille siquidem *(Op. et loc. cit.)* ad rem habet: « *Negli adulti di solito la malattia « dura circa una settimana o dieci giorni,* in casi « eccezzionali può durare due e tre settimane ». Eadem clarissimo Guinon sententia est. « *Le me« ningiti acute* », ipse scribit *(Op. et loc. cit. pag. 20)*, « *hanno di solito una evoluzione rapidissima. « La durata totale dei due periodi non eccede « spesso una settimana; di solito è di cinque o « sei giorni, e può anch' essere di tre o quattro.*

« Infatti la morte può avvenire assai precocemente « prima del periodo della paralisi. Allora l'ammalato muore in mezzo alle contratture ; per es. in « un accesso convulsivo ». In opere autem jam allato - *Trattato delle malattis nervose* - *(Loc. cit.)* tam rapidus renunciatur meningitis cerebralis cursus, ut biduo aut triduo omnino expleatur, ita nempe ut neque tempus sufficiens medico adesse videatur, quo diagnosticum suum efformet judicium.

**15.** Haec, quae huc usque persecuti sumus, cerebralis meningitis phaenomena esse certiores facti fuimus, praeeuntibus ac docentibus viris in arte peritis. Ab illis vero ea longe abesse quae in morbo animadversa sunt, quo laboravit Pater Leopoldus, utraque una simul conferendo, facile sibi quisque suadebit. Et merito quidem ; constat enim eam, qua Pater Leopoldus correptus est, aegritudinem duos solidos, et etiam amplius, perstitisse menses, eumque vel diem ante, quam per prodigium consanuisse fertur, celeberrimo illo exagitatum fuisse delirio, aut potius furore, ut vix a sex vel septem sodalibus, iisque robustioribus, compesci et contineri potuerit. Quocirca, ceu ipse memorat causae Patronus, prae metu ne quid funestius accideret vel ipsimet P. Leopoldo vel iis, qui eidem adstabant curamque suam impendebant, necessarium visum fuit coenobii praesidi « eumdem pluribus ac complicatis vinculis, « adscitis duobus fratribus Alexianis ad hoc perfi- « ciendum opus peritis, in lecto alligari ita, ut u- « num medium corpus cohiberet, duo brachia, duo « pedes irremovibiliter continerent ad relativas le- « cti partes adstrictos « *(Informat. pag. 4-5)*. Quum vero in eo esset, ut id consilii caperet, satius duxit vir prudens, prius P. Leopoldum commonefacere eumque paterne alloqui, ut reapse se praestitisse idem in judicio postea testatus est R. P. Epiphanius, qui per illud tempus coenobio prae-

erat. « Declarat deponens (ait ipse) quod praefato
« casu admodum perterritus, secumque revolvens
« funesta quaeque, quae ex huiusmodi deliriis etiam
« cum maximo vitae periculo pertimescenda erant,
« quibus ipse pro officio et qualitate Prioris pro-
« videre debebat, necessarium duxit, ut dictum P.
« Leopoldum ad se reversum desuper serio mone-
« ret, eumque paterne consulendo et hortando in-
« ducere conaretur, ut pro suo et communi con-
« ventus bono se vinculis irretiri, et contra simi-
« lem deliriorum ferociam compesci pateretur »
(*Summ. pag.* 26).

16. Interim iterum heic notandum occurrit, consilium hoc, quod inierat R. P. Prior, pridie illum fuisse executum, quam asserta prodigiosa P. Leopoldi sanatio fieret. Unde illud exinde statim consequitur, quod etsi per integrum bimestre et ultra longius latiusque jam pro lubitu suo debacchata esset meningites, (si quidem hic P. Leopoldi morbus fuerit), nondum tamen, priori desinente excitationis periodo, periodus altera, quae depressionis est, fuerat subsecuta, itemque nondum sui conscientiam amiserat aegrotus, immo centrarium prorsus luculenter ille ostendit, rationem, qua tunc se gessit, hisce enarrans verbis: « Ceterum ubi praefatus R. P.
« Epiphanius, ut deponentem ad amplectendum de
« suggestis vinculis consilium induceret, eidem di-
« ctorum deliriorum vehementiam explanasset ; et
« notanter quomodo praecedenti die, videlicet se-
« ptima Novembris, circa horam quartam pomeri-
« dianam, tam furibondo delirio fuisset correptus
« et in absentia infirmarii tantisper alibi degentis e
« lecto suo sese proripuisset, ut supra limbum ca-
« mini cubiculi sui ascendens, seseque erectum
« tenens et ferrum hypocausti manu vibrans, ad
« stuporem et metum praefati infirmarii superve-

« nientis plurimorumque aliorum religiosorum ab
« eodem isthuc advocatorum, non sine manifesto
« tam ipsius deponentis, quam aliorum in succur-
« sum venientium periculo ; *tandem deponens ea-*
« *dem narratione attonitus et commotus, proposi-*
« *tioni et consilio dicti R. P. Epiphanii acquievit,*
« *et ut-sibi vincula, eo quo videretur modo, inii-*
« *cerentur* consensit, ac consequenter idem R. P.
« Epiphanius deponenti dixit se (cum ipse mox
« extra civitatem discedere deberet) illam curam
« commissurum R. P. Amando a Sancto Mansueto,
« tunc temporis Subpriori » *(Summ. pag. 16).*

**17.** Clarus peritus vir ab actoribus sibi in auxilium adscitus, acute praevidendo, difficultatem persensit, eique occurrere sategit, quum haec nostrum sub aspectum subjicienda curavit. « Potrebbe obbiettarsi « che altri fenomeni, oltre quelli offerti dal P. Leo-« poldo, possono riscontrarsi nella flogosi acuta « suppurativa delle meningi celebrali, quali ad es. « la rigidità della nuca, una costipazione ostinata, « fenomeni di lesione dei nervi cranici (paralisi dei « motori dell'occhio, paralisi del nervo facciale, « trisma), disturbi motori a carico degli arti etc. Ma « a parte la possibile omissione di alcuni di questi « sintomi da parte del malato o dei medici curanti, « vissuti in un'epoca, in cui la medicina non era « certo all'altezza, in cui trovasi oggidì, è noto, « come ben fa osservare l'Oppenheim, che il qua-« dro clinico della meningite purulenta va soggetto « a moltissime variazioni, a seconda della regione « del cervello, in cui la malattia si sviluppa, della « estensione, che essa assume e della natura del « processo flogistico. E noi sappiamo che nella me-« ningite della convessità (della volta cerebrale), « cui deve riferirsi il caso nostro, manca appunto « qualsiasi sintoma da parte dei nervi cranici, « mancano i fenomeni bulbari (alterazione del polso

« e del respiro), mentre invece i disturbi motori, « l'iperemia, il delirio, l'agitazione, decorrono parti- « colarmente intensi » (*Vot. pag. 27-38).*

18. Equidem, quantum tempori tribuere velis, quo vixit sanatus vixeruntque medici ac testes, non ideo certe factum destruis; omissionem, inquam, quam vel invitus agnoscere et fateri cogeris, symptomatum ; quorum proinde quum legitima desit probatio, ipsa insimul deficiunt elementa, quibus juridicum de morbo inniti oporteret judicium. Quod vero auctoritate fretus cl. Oppenheim subdis ; nimirum « che il quadro clinico della meningite purulenta « va soggetto a moltissime variazioni. . . . . . », haec nedum praefati Auctoris, ad quem appellas, verum et communis Doctorum opinio est. Ast, de hisce mutationibus, quibus subiecta fieri posset meningitis cerebralis syndromes, quum loquuntur Doctores, minoris momenti phaenomena sermone suo dumtaxat illi spectant, neutiquam vero quae praecipua sunt; secus enim neque illud amplius haberetur, quo ipsa consistere debet meningitis cerebralis ratio. Mitto igitur, si placeat, quodcumque in cerebrali meningite ducis esse varium ac mutabile, atque eo potissimum insistam, quod tamquam omnino capitale, ideoque constans ac perpetuum, aeque ab omnibus admittitur : ut puta obstinata alvi obstrictio, vulgo *stipsi ;* occipitis rigiditas, vulgo *rigidità della nuca,* in secunda depressionis periodo artuum manifesto superveniens paralysis, brevissima processus duratio ; ad summum una tantum hebdomada plene perfecteque integer morbi absolvitur cursus etc. Atqui cuncta haec, quae modo recensuimus, historiam aegritudinis, qua implicitus fuit P. Leopoldus, paullo altius repetendo, minime accidisse magis magisque patescit : ergo infirmitatem, in quam incidit P. Leopoldus, meningitem cerebralem non fuisse liquet apertissime. Intrinsecae

auctoritati, quae ex patognomicorum symptomatum defectu, seu ex obiectiva rei veritate descendit, extrinseca quoque accedit, ex opinione virorum in arte peritorum promanans, quandoquidem medici, qui Leopoldo curando operam dederunt, illum affectum morbo, qui in nobiliori humani corporis parte, seu in cerebro, suum locasset domicilium, neque verbis, neque re significaverint unquam. Ipse autem extrajudicialis peritus, ut quod suum propositum fuerat, pro viribus tueretur, novam quandam inducere coactus est meningitis suppurativae formam - *a decorso subacuto* -, cuius tamen nulla mentio est et apud nuperrimos, uti suo loco vidimus, et apud non adeo recentes Doctores, quos inter clarissimus Niemeyer. Nec omnino sibi constitisse visus fuit, quum de eiusdem meningitis suppurativae prognosi agens scripsit: « *La forma suppurativa è tra le più gravi e le più rapidamente mortali* » (Vot. pag. 30).

19. Quae ita cum sint, heic sistere possem, sed ulterius adhuc progredi iuvat. Etenim illud etiam omnino certum atque exploratum exurgit ex actis, quod non unum aut alterum. verum plura aegroto suppeditata fuerint remedia; eaque, quod est maximo in pretio habendum, morbo, quo vexabatur infirmus, non parum opportuna habita fuerint ipsorum medicorum judicio. Horum nemque primus, cui nomen Joannes Steynen diserte testatur « . . . . infirmi-
« tatem . . . . . durasse ultra duos menses . . . .
« quoad vim, robur ac pertinaciam dictae infirmi-
« tates, cujus durante tempore, applicata fuerunt
« remedia: puta *venae sectiones, medicamenta pe-*
« *ctoralia, cephalica, revulsiva, febrifuga, decocta*
« *pectoralia, enemata plurima, vesicatoria, cucur-*
« *bitularum scarificationes, emplastra temporibus*
« *applicata. Quae quidem omnia a deponente*
« *praescripta fuere, qui eadem judicavit praefatis*
« *morbis maxime proportionata.* Declaratque idem
« deponens alterum suprafati conventus medicum

« ordinarium, videlicet expertissimum Dominum
« Casimirum Vilella hinc inde etiam praefatum
« P. Leopoldum tempore dictae infirmitatis, sed
« rarius visitasse: putatque per chirurgum ejusdem
« conventus, nomine Longin, facta fuisse supra-
« scriptas venae sectiones; applicata vesicatoria ac
« cucurbitulas scarificatas » *(Proc fol. 42 terg., 43).*

20. Nec secus alter, excellentissimus nempe doctor Casimirus Vilella, quamvis quoad nonnullorum remediorum efficaciam, non parum a collega suo discrepet, quemadmodum fuse ac distincte narrare est aggressus initio testimonii sui, cujus partem in Summario transcripsit causae Patronus *(Pag. 43, 44)*. Heic tamen non constitit, sed adhuc referre perrexit, ita subdens: « Sibi ex certis notitiis
« apparere praefatum P. Leopoldum ab initio fer-
« me suprafati mensis Septembris infirmari coepisse;
« morbum vero . . . . praecipue inchoatum circa
« diem 24 ejusdem mensis, cui curando partim a
« se (relative ad superiorem suam depositionem
« ad interrogatorium praecedens), partim a collega
« suo Dño Joanne Steynen, istius conventus medico
« seniore, *varia applicata fuerunt remedia*, iisque
« ad diem secundam mensis Novembris proxime
« subsecuti, uti deponens colligit ex . . . . . libro
« medicamentorum istius Conventus. Quoad pro-
« portionem vel disproportionem praefatorum re-
« mediorem respectu dicti morbi, refert sese de
« ponens ad superiorem suam depositionem super
« interrogatorium 11, hesterna die eatenus factam;
« quemadmodum fere eadem refert, quoad statum,
« vim, robur et remissionem dicti morbi pro eo
« tempore, quo praefatum aegrum visitavit. Cete-
« rum declarat se nescire, an ab aliis medicis,
« praeter se et supra memoratum ordinarios istius
« conventus medicos, et chirurgum nostrum Longin
« pro opere vesicantium, cucurbitularum, venae

« sectionis etc., dictus Pater Leopoldus toto morbi « istius tempore visitatus fuerit . . . . *Judicat me-* « *dicamenta a se adhibita* pro tempore, quo prae- « fatum aegrum visitavit, *levamen certe aliquod* « *morbo attulisse*. Quantum vero ad ea, ab alio « praefato medico adhibita a tempore, quo depo- « nens ejusdem aegri curam abdicavit, dicit, se « eatenus nil respondere posse; unum addens, « curam illius a se non fuisse derelictam, *quasi de-* « *speratam*, sed ob rationes in hesterna sua depo- « sitione memoratas » *(Proc. fol. 40 et terg.)*.

21. Atqui requisitas conditiones constituens easque ex ordine persequens, quibus sanatio quaedam a morbo miraculo accenseri valeat, tertio loco ponit Benedictus XIV « *ut nulla fuerint adhibita medicamenta; vel si fuerint adhibita, certum sit, ea non profuisse* » (Lib. IV, p. I, cap. 8, n. 2). Siquidem « *Posita applicatione medicamento-* « *rum* », prosequitur laudatus Pontifex, « *pro re-* « *gula statui potest, in judicio ferendo, sanatio-* « *nem non miraculo, sed viribus medicamentorum* « *esse adscribendam;* dummodo tamen medicamen- « ta fuerint apta et potuerint proficere, quemad- « modum advertit et monet Cardinalis de Lauraea: « =. . . . Nunquam potest asseri, ut miraculosus, « eventus ille, pro quo obtinendo applicatur aliquod « naturale medium seu remedium, quod putatur « efficax ad illud obtinendum . . . . ; etsi enim « Deus vel Sanctus aliquis invocetur ad eum effe- « ctum obtinendum, cum tamen medium illud pu- « tatum sufficiens ad eum applicatur, si effectus « obtinetur, dubium remanet, an a Deo, an ab « illo medio effectus ille processerit =. *Quando* « *autem res est dubia, cum non sint multiplicanda* « *miracula, sanatio in eo rerum eventu naturalis* « *erit censenda* » (Ibid. n. 8).

22. Neque satis; nam rationem expendenti, qua aegri sanatio facta fuisse perhibetur, aliquid occurrit, quod nefas est silentio praeterire. Quî enim acciderit, ut P. Leopoldus sanitatem se adeptum esse expertus sit aliisque renuntiaverit, ipsemet Pater Leopoldus in primis nos edoceat. « Cum de re« pente deponens », sic ille de se ipso loquitur, « incidit in semideliquium animi, sub quo nec si« bi plene praesens, nec etiam a mente penitus « alienus visus est, quo vix ultra unum Pater et « Ave durante, *tremorem aliquem et membrorum « contractionem de repente sensit, sub qua mem« brorum contractione* etiam sensit brachia sua a « vinculis, quibus se prius sciebat innodatum, li« bera et soluta. . . Prosequendo dixit quod prae « stupore eventus tam prodigiosi, *corpore eruperit « copiosus sudor, nullumque amplius ex eo mo« mento* capitis dolorem senserit, nullamque fe« brim; quique jam per tot dies se senserat viri« bus exhaustum et inertem, iisdem ab eodem mo« mento se sensit plane restitutum, ac si nulla in« firmitate praevia laborasset, nullis etiam amplius « redeuntibus deliriorum, animi deliquiorum, aut « stomachi evomitionum symptomatibus. . . Quo in « statu aliquo tempore remanens . . , bis tertioque « funiculo cujusdam campanulae infirmorum neces« sitati inservientis, denuo vigilem sonitu dictae « campanulae interpellavit; quo signo audito, al« ter vigil, nomine F. Lucas tandem ad cubicu« lum deponentis accessit, eidemque attonito, *quod « deponentem tanto sudore madentem cerneret,* « nihil tamen eorum, quae sibi evenerant, enarra« vit, sed unice rogavit, ut vocatum iret F. Tibur« tium a S. Nicolao, specialem deponentis ami« cum . . . . » (*Summar. pag. 51-52*). Post Patrem Leopoldum, Fr. Lucam etiam, qui loquens inducitur, ne pigeat audire narrantem « che, do« po che il lodato P. Leopoldo nel giorno, come

« sopra fu legato, egli deponente nella mezza notte « immediatamente seguente; cioè dalle dodici all' una della mattina, essendo di guardia, ha inteso suonare il campanello della infermeria, ed « essendovisi portato, ed avendo inteso poco prima dal Fratello Francesco, che aveva vegliato « prima, ch' egli in tempo delle veglia non aveva « fatta attenzione al P. Leopoldo, egli deponente, « al suono del detto campanello, si portò subito « nella camera del detto P. Leopoldo, a cui avendo domandato, se egli aveva suonato, *non facendo attenzione ai suoi legami e vincoli,* e se « aveva qualche servizio da chiederli, il detto P. « Leopoldo *rispose di avere suonato egli stesso e « che egli deponente avesse considerato* in quale « stato lo stesso P. Leopoldo allora si trovava, « quando il depouente osservò, che il detto Padre « era alquanto conturbato e *grondante di sudore,* « ed anche pallido nel viso, il che il deponente « allora soltanto potè osservare, essendosi il detto « Padre coperto sotto le coperture. Qual P. Leopoldo (senza manifestargli alcuna cosa) pregò il « deponente di voler immediatamente chiamare Fr. « Tiburzio, religioso studente dello stesso convento « la qual cosa essendo stata fatta, e il detto Fr. « Tiburzio essendosi immediatamente portato alla « camera del P. Leopoldo, questo ha incominciato « subito a parlare in latino al detto P. Tiburzio « in presenza del deponente » *(Proc. Vers. Ital. fol. 8 terg. - 9 terg.).*

23. Reapse R. F. Tiburtius, quem arcessitum iverat F. Lucas, nulla interjecta mora, advenit, sicuti idem R. F. Tiburtius pro suo testimonio dixit. « . . . declaratque deponens », ita ille, « dictum « P. Leopoldum a se tam eo quam ex eo tempore « non amplius fuisse visum, donec inter horam « duodecimam et primam noctis sequentis diem 8 « suprafati mensis Novembris 1731 vocatus fuit a

« F. Laico Luca a S. Theresia, qui tunc vigilem « conventus agebat, ut ad cubiculum praedicti P. « Leopoldi venire non gravaretur, qui P. Leopol- « dus deponentem per dictum F. Laicum vocari « rogaverat. Quo cum deponens sese illico con- « tulerat, cubiculum P. Leopoldi ingressus, eumdem « vidit *copioso sudore madentem*, cumque deponens « suspicaretur illum sudorem provenire ex angu- « stiis miserrimi status, in quo dictum P. Leopol- « dum etiamnum versari putabat, eumdem depo- « nens consolari coepit et hortari, ut patienter fer- « ret miserias, quas Divino Numini visum fuerat « eidem immittere, seseque Divinae voluntati su- « bjiceret et conformaret . . . . » *(Proc. fol. 21 terg.)*. R. Fr. Tiburtium ad cubiculum P. Leopoldi euntem secutus est R. Fr. Taddaeus, qui cum in conspectu eiusdem P. Leopoldi fuit « dicit quod « adverterit (eum) *multo sudore madentem*, quem « deponenti affirmabat provenisse ex maximo tam « prodigiosi erga se eventus stupore, non tantum « ratione inconceptibilis e vinculis suis evasionis, « sed etiam subitaneae a tam diuturna infirmitate « sanationis, quemadmodum sese perfectae sanitati « restitutum asserebat . . . » *(Summar. pag. 71)*.

21. Atqui eumdem supra memoratum locum pertractans, ubi de conditionibus est sermo, quibus extantibus, prodigiosa djiudicari queat sanatio, Benedictus XIV habet: « Sextum requisitum est, *ut nulla notatu « evacuatio, seu crisis praecedat cum causa* . . . « De praedicto sexto requisito citatus Zacchias « pluribus in locis . . . ait, *sanationes naturales « esse censendas*, si fiant per insignem aliquam « evacuationem, per haemorragiam, per alvi fluo- « rem, *per sudorem*, per urinam, aut aliam quam- « cumque evacuationem, etiamsi sanatio illico, et « quasi in instanti fiat » *(Lib. IV, p. 1, cap. 8, n. 26)*. Veritati proinde accessisse dicendus est excellentissimus doctor Casimirus Vilella, quippe,

« ut ipse testatur « uno alterove die post sanatio-
« nem dicti P. Leopoldi . . . plures istius conven-
« tus religiosi deponenti in conventum tunc ve-
« nienti narrarunt, quod dictus P. Leopoldus jam
« pluribus diebus ante subitaneam (uti asserebant)
« sanationem, ad extremam corporis debilitatem
« fuisset reductus, frequentibus stomachi nihil fe-
« rentis evomitionibus obnoxius, et omnibus quasi
« viribus exhaustus, de quibus tamen circumstan-
« tiis Deponens nihil, nisi ex eorumdem religioso-
« rum enarratione se testari posse declarat: *hoc*
« *addens, se, quantum ad supradicta sibi enar-*
« *rata, nihil hactenus supernaturale intervenisse*
« *judicantem,* mox ab eiusdem religiosis ad cu-
« biculum, in quo praefatus P. Leopoldus decu-
« buerat (tunc sigillo conventus, quantum memi-
« nit, obsignatum) deductum fuisse, ibidemque si-
« bi ostensa vincula, quibus. . . . » (*Proc. fol.
39 terg. - 40*).

25. Sed enim verum ne est, integre perfecteque ad pristinam sanitatem rediisse P. Leopoldum? Non puto. Quamvis enim id asserant testes, nihilominus iidem et ipsi sunt, qui ad dubitandum inducunt. Ita testis V, qui est R. F. Tiburtius, testatur « dictum P. Leopoldum per annum circiter in per-
« fecta sanitate continuasse, quamvis ab illo tem-
« pore *tertio aut quarto plus minus distincta a*
« *priore morbo infirmitate laboraverit;* quae una
« vice per duodecim circiter dies duraverit, ante-
« quam ad aegrotorium sese contulerit, in quo a-
« liquo tempore commorari debuit, nec interea i-
« doneus fuit gerendi omnes functiones et actus
« proprios sui status; insuperque declarat depo-
« nens, praefatum P. Leopoldum post annum cir-
« citer a miraculosa sua sanatione, ut supra ela-
« psum, *tribus aut quatuor plus minus vicibus a*
« *se deponente visum esse in quodam placido et*

« *et tranquillo animi deliquio, nullumque dantem*
« *cognitionis vel notitiae signum, nequidquam*
« *adhibitis a deponente vel ab aliis manuum mo-*
« *tibus et agitationibus eliciendae alicui cognitioni*
« *congruis aut opportunis; dicto P. Leopoldo*
« *apertis oculis super stratum suum jacente*
« *quasi immobili,* et extra se; praefatis vicibus
« ultra mediam horam plerumque durantibus »
(*Proc. fol. 23*). Neque secus testis IV, R. P. Augustinus; licet enim prius dixisset « praefatam sa-
« nationem omnino fuisse perfectam », continuo tamen subdidit « *quamvis aliquot mensibus a prae-*
« *dicta sanatione jam elapsis per aliquot dies,*
« *uti et aliis diversis vicibus febri laboraverit;* et
« ea ratione aliquoties infirmariam occupaverit,
« atque eatenus minus idoneus fuerit gerendi om-
« nes functiones et actus proprios sui status, su-
« peraddens quod dictus P. Leopoldus aliquoties
« etiam tempore dictarum febrium *deliquium a-*
« *nimi, quod forte* (uti suspicatur deponens) *pro-*
« *venisse poterit ex nimia corporis debilitate;*
« cum dictus P. Leopoldus habeat in more posi-
« tum modicissimum alimentum sumere . . . . . »
(*Proc. fol. 20*).

26. Hisce robur ex testimonio accedit excellentissimi doctoris Casimiri Vilella, qui rem suis oculis se vidisse fatetur. Ait enim: « se, quoad assertam
« sanationem suprafati P. Leopoldi; nimirum an
« omnino perfecta fuerit, et quanto precise tem-
« pore idem P. Leopoldus post dictam sanationem
« omni incommodo ac dolore dictae infirmitatis
« caruerit, nihil positivi ob ignorantiam supra al-
« legatam posse deponere, hoc unum affirmans:
« *quod, elapsis jam pluribus a praeasserta sana-*
« *tione mensibus,* a R. P. Epiphanio, istius tunc
« conventus Priore, expresse vocatus fuerit, *ut*
« *praefatum Patrem Leopoldum lecto suo jam*

« *tunc per plurimas horas extraordinarie decum-*
« *bentem, absque ullo sensus et motus signo, in-*
« *viseret,* quando deponens ad cubiculum dicti P.
« Leopoldi deductus, in praesentia dicti P. Epipha-
« nii ac duorum, aut trium juniorum religiosorum,
« *invenit dictum Patrem Leopoldum in latus si-*
« *nistrum decumbentem, junctis manibus, plicato*
« *corpore, genibusque ferme ad mentum usque*
« *elatis, facie ad parietem versa, oculisque clau-*
« *sis, pulsu tamen ac facie sanorum simili, ita*
« *ut ipsum quasi placide dormientem judicaret*
« *deponens;* cumque in tali statu praefatus R. P.
« Epiphanius conventus Prior, *nequidquam cla-*
« *more valido pluries iterato, dictum P. Leopol-*
« *dum excitare, seu expergefacere conatus fuisset,*
« *deponens ad ipsum acclamando, palpebram*
« *oculi (quem vividum plane et sanum nec dor-*
« *mienti similem advertit), levando; plumâ cala-*
« *mi nares titillando, digitos manus fortissime ad*
« *invicem constringendo, nasum et aures acriter*
« *vellicando, frustra et incassum tentavit,* donec
« unus ex praefatis junioribus religiosis asserens,
« sibi modum superesse, quo illum expergefacе-
« ret, *mox manu sua halitum ad os naresque*
« *dicti Patris Leopoldi arctissime occlusit et com-*
« *pressit ea quidem efficacia, ut revera dictus*
« *Pater Leopoldus paucis post momentis excita-*
« *tus, seseque erigens, oculisque in deponentem*
« *alterosque circumstantes conversis, . . . diceret,*
« *se medico non indigere;* cumque mox adverte-
« ret dictum P. Leopoldum motui ac sensibus ita
« restitutum, ut nulla morbi aut infirmitatis signa
« in illo apparerent, deponens sese inde recepit »
*(Ibid. fol. 40 terg.).*

27. Quae vero, ut inde scatentem difficultatem eluderet, de ecstasi in medium attulit extrajudicialis Peritus, ad rem non facere puto. Scribebat namque ille:

« Lo stesso dicasi di un altro particolare, cui ac-
« cenna lo stesso risanato e qualche altro testimo-
« nio; e cioè, che il P. Leopoldo, negli anni che
« successero alla guarigione, fu talora trovato dai
« compagni in una specie di estasi, donde non
« sempre poteva venire subito rimosso. Qualcuno
« parla di deliquî, altri di sopore, ma ben spiega
« il risanato in che cosa questi stati consistessero,
« quando narra che talora gli accadeva nella pre-
« ghiera, nella meditazione di rimanere profonda-
« mente assorto nei suoi pensieri, sì, da rendersi
« completamente estraneo al mondo esterno. *Trat-*
« *tasi, come si vede, di uno stato particolare del*
« *suo sistema nervoso, della sua psiche,* che, anzi-
« chè infirmare le nostre conclusioni, serve a ri-
« schiarare un passo del Guinon da me citato, a
« proposito del delirio, che il religioso ha presen-
« tato, durante la meningite; e cioè, che: « *L'in-*
« *tensité et le sens du délire (dans la méningite)*
« *sont detérminés plutôt par le terrain cérébral*
« *(névropathie héréditaire ou acquise etc.) sur le*
« *quel il se developpe, que par la lésion meningée,*
« *qui la provoque* » (Vol. pag. 41). Immo po-
strema haec, quae e clarissimo Guinon excerpta, lucro apponit ad opportunitatem Peritus, attente si perpendantur, longe aliud portendere nata esse videntur; quippe quae illuc profecto spectant, ut nobis suadeant, sive hereditaria, sive adquisita P. Leopoldum *nevropatia* laborare; eâque semel posita, pronum est, morbosae huic nervorum affectioni ea quoque tribuere, quae post assertam prodigiosam sanationem P. Leopoldum perpessum esse vidimus. Quamobrem non levis exinde contra sanationis ipsius perfectionem conflatur ambigendi ratio, quae eo gravior etiam censenda est, quo nulli judiciali medicae inspectioni P. Leopoldum processus tempore suppositum fuisse scimus. Neque, cum certe scire deberemus, de ratione aliquid nosse datum

est, qua deinceps ille se habuerit, utrum videlicet, alias, quoad vixerit, passus unquam nec ne sit infirmitates, quae cum praegressa, unde per miraculum evasisse fertur, cognatione quadam continerentur.

28. Tandem, ne quid intractatum me dereliquisse videar, prius mihi dimittendus non est calamus, quam nonnihil etiam tetigerim de peculiari quodam facti hujus adiuncto, quod neque ipsi extrajudiciali Perito visum fuit silentio praeterire. Scripsit enim Vir egregius: « Ma v' ha di più. Vi è un particolare « di una eccezionale importanza, che da sè solo « basterebbe a far ammettere un intervento so- « prannaturale nella guarigione del religioso ; ed « è che dopo tale inaspettato avvenimento, i nodi « delle funi, colle quali l'infermo era assicu- « rato, furono trovati perfettamente intatti » *(Vot. pag. 36).*

29. Porro vix praemonere attinet quam difficillimi negotii et operis sit, hisce in casibus legitima ac idonea probatione confici, quod ex ipsa rei natura necessario exigitur, ut certum ac tutum ferri queat judicium. Hoc nimirum si ad omnia pertinet, quotquot existunt facta generis ejusdem, at maxime in casum hunc nostrum cadit, in quo nec plane inter se concordes praesto habentur testes. Quos inter principes, bini illi tibi numerandi sunt Alexiani Fratres, Joannes Baptista Pierson et Alexius de Vrije, qui, adsciti, ad Fratrum Carmelitarum coenobium accesserunt, ut inibi aegrotantem Patrem Leopoldum compescerent lectoque, pro peritia sua, alligarent. Jamvero, dum eorum alter, Frater Joannes Baptista se invenisse refert Patrem Leopoldum « in piedi, avanti ad un piccoio camino, in tale « atteggiamento, che facilmente si poteva cono- « scere, *che in quel momento non era presente in « sè stesso, nè godeva l'uso della ragione* » *(Summar. pag. 40)*; alter vero Frater Alexius diserte

significat, eumdem Patrem Leopoldum se reperisse « *in piena cognizione e sentimenti* » (Ibid. pag. 42). Rursus; affirmanti Fratri Joanni Baptistae brachia etiam vinculis tunc fuisse obligata: « e subito egli « deponente ed il suddetto confratello hanno preso « il detto Padre e gettato sul letto, e lasciandosi « cadere sopra di esso, l'hanno legato sotto il « petto . . . . . ; dopo di che hanno parimenti « con altri legami legato il suddetto Padre *alle* « *braccia* ed alle gambe « *(Ibid. pag. 40)*, contradicit Frater Alexius: testatur quippe: « Egli, il « deponente, ed il detto suo confratello, hanno « prima legato e stretto con differenti nodi in- « torno alla vita . . . . ; dopo di che essi hanno « legato il detto P. Leopoldo con altre due le- « gacce rispettivamente ad ogni gamba, sopra il « collo del piede . . . . . Ed essendo egli, il com- « parente, ed il suo confratello disposti di anche « legarlo colle altre due legaccie, *che dovevano* « *servire per le braccia,* o mani, gli fu detto da « uno dei presenti giovani religiosi. . . . . *di non* « *legarlo allora,* essendo il detto P. Leopoldo in « quel momento, presente a sè stesso, non giudicò « in quell' istante la cosa necessaria, ma che il « deponente avesse insegnato ad esso giovane re- « ligioso, come doveva, in caso di bisogno, legare « le dette legacce e colle medesime, stringere ed « annodarlo, com' egli deponente dichiara di avere « insegnato ciò al medesimo religioso, acciocchè « in caso di qualche nuovo accesso di demenza e « furia, potesse servirsene; al quale fine, egli de- « ponente col suo confratello, di là partendo, la- « sciarono le suddette legacce nella camera » *(Ibid. pag. 42 - 43)*.

30. Quod autem rei caput est, vincula, quae mane, sub meridiem, bini perfecerant Alexiani Fratres, haud ita multo post, vesperis nempe diei eiusdem, dissolvit R. Frater Thaddaeus. Qui tamen imperitus

cum esset, quum de illis denuo ligandis actum fuit, utrum novo hoc munere, prouti opus erat, defunctus fuerit, tuti esse nequimus; reique illud etiam non infirmo argumento est, quod prae motibus, quibus obnoxius fiebat aegrotus, vincula ipsa coeperint relaxari, quemadmodum, ne quid tangendo corrumpere videar, ejusdem R. Fratris Thaddaei verbis, nihil addito vel detracto, rem in conspectum dare puto. « Declarat (Fr. Thaddaeus) dictum P. « Leopoldum praefatis vinculis ita ab istis Fratribus « Alexianis irretitum decubuisse usque in horam « quartam circiter pomeridianam, *quando deponens,* « *ut lectum ejusdem reficeret, praefatorum vincu-* « *lorum ligamina, quibus lecticae adhaerebant,* « *tantisper dissolvit,* intactis tamen et arcte semper « remanentibus occlusis dictorum vinculorum nodis, « quibus ipsas tibias et truncum corporis coarcta- « verant; iisdemque vinculis eidem semper adhae- « rentibus, *dictum Patrem Leopoldum prae ex-* « *trema debilitate omnino impotentem e lecto super* « *brachia sua levatum sedi imposuit, ex quo eum-* « *dem post unum forte quadrantem horae denuo* « *super brachia sua levatum* in lectum reposuit, « *praefatorumque vinculorum funiculos respectivis* « *lecticae partibus denuo adstrinxit* eo modo, quem « a suprafatis Fratribus adhibitum observaverat. « Ulterius declarans quomodo circa horam septi- « mam vespertinam, *superveniente dicto P. Leo-* « *poldo gravi delirio, consultum, ut eidem mox* « *suprafata duo alia vincula pro cohibendis bra-* « *chiis a supradictis Fratribus Alexianis ibidem* « *relicta, injiceret, quemadmodum revera illum* « *iisdem irretivit,* nodatis et implicatis ac respe- « ctivis partibus lecticae adstrictis eodem plane « modo, ut supra a dictis Fratribus Alexianis usi- « tato; videlicet brachio sinistro arctissime lecticae « adstricto, sed brachio dextero aliquali libertate « relicta; eatenus scilicet, ut funiculum campanulae

« aegrotorii, ea ratione a deponente manui dexterae « appositum pro occurrente necessitate trahere « posset, et signum dare subsidio aut assistentiae « deponentis sibi interea fortasse ad se revenienti « necessario: non ea tamen dictae manui dexterae « a deponente relicta libertate, ut vel ullo possibili « modo eam dictus Pater Leopoldus ulterius ex- « tendere posset, aut sua vincula vel ullatenus « attingere; quibus ita peractis, instante hora « coenae, deponens se ad refectorium contulit, *dicto « P. Leopoldo in eiusdem delirii et vinculorum « ligaminis statu relicto.* Post finitam vero coe- « nam, denuo rediit deponens ad cubiculum dicti « P. Leopoldi, ut supra vinculati et decumbentis, « collato secum jusculo, quo eumdem reficeret. « Quo ab eodem, qui interea temporis ex praefato « delirio ad se redieret, sumpto, rursus tantisper « deponens inde recessit, dictumque P. Leopoldum « denuo sibi soli reliquit, donec circa horam de- « cimam, eodem reversus, *eiusdem P. Leopoldi « suprafata vincula arctius quam ante partibus « lecticae adstrinxit, prout dictus P. Leopoldus, « ex praefato delirio ad se reversus, post sumptum « dictum jusculum, deponentem expresse rogave- « rat. Simulque recordatus, a se observatum quod « vinculum corporis truncum constringens, non « nihil largius sibi videretur,* idem funiculo quo- « dam, quem in illum finem secum contulerat, ar- « ctius constrinxit, ac deinceps omnibus ac singulis « suprafatis quinque vinculis exacte examinatis, « omnibus eo modo repertis, ut nihil illis quoad « nodos, implicationes et ligamina omnino deesset, « deponens tandem sese ad cellam suam et quie- « tem nocturnam recepit . . . . . . . » *(Summar. pag. 37—39).*

31. Hisce pone subnectere est opus, quae rationem attingunt, qua vinculis solutum se persensit Pater Leopoldus. Alias illum supra jam audivimus loquen-

tem « . . . . *tremorem aliquem corporis et mem-*
« *trorum contractionem de repente sensit, sub*
« *qua membrorum contractione etiam sensit bra-*
« *chia sua a vinculis, quibus se prius sciebat in-*
« *nodatum, libera et soluta; eoque eventu stupens*
« *et exiliens, expertus est se etiam corpore libe-*
« *rum, nec aliquid de miraculo suspicatus*, manus
« applicuit, ut vinculum quaereret, quo truncus
« corporis fuerat innodatus, quod sub corpore pli-
« catum jacens mox examinavit, an forte diruptum
« esset, sed integrum reperiens, *et prae stupore*
« *ac admiratione tibias retrahens, easdem quoque*
« *a suis respective vinculis expeditas sensit* »
(Summar. pag. 51). Haec recogita, haec paulisper revolve animo; et multum espectandum tibi non erit, quin probabilis admodum suppetat ratio, quamobrem hunc, de quo agitur, eventum naturaliter datum tibi sit explicare. Tremor namque, quo correptus toto corpore est Pater Leopoldus, nec non membrorum contractio, quam una simul expertus ille fuit, in causa exstiterunt, cur aliquantum relaxati sint vinculorum nodi ; ita nempe ut quae corporis partes illis devinctae manebant, suam in libertatem evadere potuerint. Quod quidem explices; quod vero facile explicare non vales, illud profecto est, quod, ut pariter suo loco meminimus, sibi accidisse auctor est Frater Lucas a S. Theresia.

32. Hic enim omnium primus ad Patrem Leopoldum accessit, postquam ille a vinculis liberationem nactus, semel, bis ac tertio tintinnabulum pulsaverat. Nihilominus, ceu idem nos docuit Frater Lucas.
« al suono del detto campanello, si portò subito
« nella camera del lodato P. Leopoldo, a cui a-
« vendo domandato, se egli aveva suonato, *non*
« *facendo attenzione ai suoi legami e vincoli;* e
« se aveva qualche servizio da chiederli, il detto

« P. Leopoldo rispose di avere suonato egli stesso,
« *e che egli deponente avesse considerato in quale*
« *stato lo stesso P. Leopoldo allora si trovava,*
« *quando il deponente osservò che il detto Padre*
« *era alquanto conturbato e grondante di sudore,*
« *ed anche pallido nel viso, il che il deponente*
« *allora soltanto potè osservare, essendosi il detto*
« *Padre coperto sotto le coperture.* Qual P. Leo-
« poldo *(senza manifestargli alcuna cosa)* pregò
« il deponente di voler immediatamente andare a
« chiamare Fr. Tiburzio, religioso studente dello
« stesso convento . . . » (Proc. fol. 9 terg.). Quid rei est hoc? Cetera omitto, ne multus sim; ex paucis enim, quae huc usque expendimus, quod initio ajebam satis profecto patet; videlicet salebrosum maximeque aleae plenum negotium esse, hisce in casibus legitima ac idonea probatione sic rem omnino conficere, nullus ut adversae dubitationi reliquus sit locus. Quod, ceterum, agendi sua ratione confirmare visi sunt prudentes doctique actores; siquidem in propositi miraculi lemmate, quo, sicuti aiunt Forenses, ipsorum actorum continetur intentio, omnem de peculiari hoc facti adiuncto supprimendam esse mentionem illi censuerunt. Sed de primo hoc asserto miraculo satis jam multa; digrediamur ad

# MIRACULUM ALTERUM

## INSTANTANEAE PERFECTAEQUE SANATIONIS

## MARIAE REGINAE GALLIARUM

### A DIUTURNA FEBRI TYPHOIDE

### VIRIBUS ILLICO RECEPTIS.

33. Factum istud, etsi secundo loco propositum, aetatis vero ordine priore longe antiquius est, quippe quod, ut praefatus sum, anno 1633 contigit. Paucis illud continetur, nosque facit certiores brevi elegantique lucubratione sua causae Patronus, Peritum suum imitatus, scriptis editum suffragium ita exordientem: « Invitato dal Rm̃o Postulatore della Causa « di Beatificazione della Venerabile Anna di San « Bartolomeo ad esporre il mio giudizio sopra « un' altra miracolosa guarigione avvenuta nel « XVII° secolo, ad intercessione della stessa « Venerabile, nella persona della Regina Madre di « Francia, ho preso in esame i documenti a que- « sta guarigione relativi, e nella mia scienza e, « coscienza, credó di poter riferire quanto segue: « = Il miracolo concerne una donna di 59 anni, « che da quarantaquattro giorni è costretta a ri- « manere in letto per una malattia acuta febbrile. « Al quarantaquattresimo giorno di malattia, per- « durando imminutata la febbre, ed essendo riuscito « vano ogni rimedio, l' inferma pensa di far ricorso « alla Venerabile Anna di S. Bartolomeo, ed ina- « spettatamente ed instantaneamente guarisce. La

« sua salute da quel momento perdura ottima =. « Questo in succinto il fatto, assai eloquente nella « sua semplicità, quale risulta dalle deposizioni « concordi dei varî testimonii, e quale io, sulla « scorta dei documenti, esistenti in atti, ho potuto « ricostruire » *(Vot. pag. 43 - 44).*

34. Perito Viro haec scribenti et ipse assentirer libenterque subscriberem, modo tamen aurea haec simplicitas, qua elucet facti narratio, una simul complecteretur nobisque elementa suppeditaret, quibus, de quonam morbo revera actum sit, plane edoceremur; hoc enim in casu verum esset, quod doctus Vir, ista, de qua agitur, breviter descripta sanatione, continuo subjecit. « Questo in succinto il « fatto, *assai eloquente nella sua semplicità* » (Loc. cit.). Attamen, si cunctis inspectis probeque consideratis, quae in judicio prolata sunt, in dubium revocari non posse videtur, quin Maria Medicea, Galliarum Regina, in febrim inciderit; utrum vero febris haec, qua augusta infirma laboravit, typhoidi, ceu contenditur, accensenda, nec ne, sit, hoc profecto probatum non est, nec probatu facile esse apparet. Rem nihilominus suadere expertus est ad opportunitatem Peritus, medici praesertim fultus judicio, qui Reginae a curatione extitit, aliorumque Parisiensium doctorum, quos consulere opportunum visum fuerat. « La diagnosi emessa « dal medico curante e confermata dagli altri sa- « sanitari consultati », extrajudicialis Periti verba sunt, « fu di *febbre putrida*, e *verisimil-* « *mente di febbre tifoide*, perchè anche con questo « nome fu per il passato indicata tale malattia. « Al Capitolo = Della febre Tifoide =, leggesi in- « fatti nel Trattato di Patologia speciale Medica di « A. Grisolle : = *Sinonimi*: Febbre pestilenziale, « maligna, putrida, biliosa, mucosa e grave. . . . . » *(Vot. pag. 46).*

35. Sed enim morbo discutiendo, quo conflictata fuit serenissima Galliarum regina, medici duo, non unus, exquisitissimam omnem, ut facile intelligere est, impenderunt operam; iique in aula regia salutaris artis munus gerebant, Andreas De Chemin et Ludovicus De Aquin. Ast e duobus unius solummodo Ludovici De Aquin exceptum est examen; alter quippe Andreas De Chemin fato jam cesserat quum Apostolica haec condebatur inquisitio; ideoque coram sacro Tribunali se sistere nequivit, quemadmodum nec coram sacro Tribunali accesserunt chirurgus et pharmacopola, quorum in suo testimonio *(Summar. pag. 87)* laudatus meminit doctor Ludovicus De Chemin, quamvis tamen eosdem processui itidem praemortuos non constet ex actis. In quibus legitimum etiam desideratur documentum, in quo sententia in forma authentica contineri debuisset, quam de morbo tulisse dicuntur Parisienses doctores. Haec vero omnia innuisse sat est, ut quantum incommodi exinde capiant probationes, probe dimetiri quis valeat, scribente magistro nostro Benedicto XIV: « *In Causa beatificationis tunc Servae Dei, nunc Sanctae Catharinae de Riccis plures propositae fuerunt sanationes a febribus malignis, sed nulla illarum fuit miraculo adscripta, uti colligitur ex Decreto edito die 14 Augusti 1732, aut quia symptomata malignae febris ex dictis testium desumebantur, et non ex attestationibus medicorum, qui curationi interfuerunt, quorum examen fuerat omissum, aut quia* . . . » (Lib. IV, p. I, cap. 18, n. 18.)

36. Interim ad nosographiae historiam, ad quam me vocavit extrajudicialis Peritus, redeundum mihi est; idque adeundo assequar cl. Jacobum H. Hutichinson, qui super *typho* seu *febri typhoidea* absolutum opus habet, illudque reperire est penes — *Trattato di Medicina pratica di Will. Pepper,*

*Vol. I.* Inibi, ad historiam morbi quod attinet (*pagina 233 et seqq.*) legimus « che i più antichi me-
« dici, che abbiano menzionato la febbre tifoidea,
« sono stati il Panarolo nel 1652 (citato dal Mar-
« chison), il Willis (London 1684), il Sydenchon
« (1688), il Baclivi di Roma nell' ultima parte del
« decimo settimo secolo. Ma in quell' epoca tale
« malattia era sconosciuta e veniva confusa con
« altra; non se ne conosceva l' anatomia patolo-
« gica; per esser brevi diciamo che fu solamente
« il Gerhard nel 1837 il primo che pubblicò nel-
« l' *American Journal of the Medical* la diagnosi
« differenziale del tifo, mentre che in Germania
« fin dal 1810 era ben conosciuta ». Ex quo patet, tempore, quo Galliarum regina aegrotavit, nondum in medica scientia peculiarem *typhi*, seu febris *typhoideae* perspectam esse naturam atque indolem. Quapropter, ignota adhuc patologica morbi huius anatome, vero haud simile esse videtur doctorem Ludovicum De Aquin nomine febris *putridae*, quo in suo testimonio usus ille fuit quaque Gallicarum reginam affectam esse putavit, febrim intellexisse deque ea fuisse locutum, quam *typhum* seu febrim *typoideam* communiter appellamus. Ceterum, quavis de nomine quaestione seposita, rei substantia potius insistant actores; omnemque idcirco illuc operam suam eos conferre est opus, ut solide invicteque demonstrent, quae typhi seu febris typhoideae symptomata sunt, eadem aegrotationem prae se tulisse, qua tentata fuit Galliarum regina. Unde heic e vestigio sciscitari mihi liceat, quaenam in medica scientia *typhi* seu febris *typhoideae* morbosa phaenomena? Eumdem doctorem cl. Jacobum H. Hutichinson ne taedeat iterum audire scribentem.

37. « L' aspetto del malato ha una espressione languida
« e svogliata; nei casi gravi anche la fisonomia
« del paziente può essere alterata. La prostrazione

« e la perdita delle forze muscolari *si nota sin da* « *principio nei casi gravi di febbre tifoidea.* L'epi- « stassi può verificarsi in tutti i periodi della feb- « bre tifoidea. *L'eruzione della pelle è uno dei* « *sintomi più caratteristici della malattia. Difatti* « *in molti casi la diagnosi senza di essa sarebbe* « *impossibile.* La circolazione è accelerata, il polso « raggiunge 110, 120, e nei casi molto gravi li su- « pera. La bronchite è un fenomeno concomitante « così comune nella febbre tifoidea, che l'ascoltazione « raramente manca di rivelarne la presenza. *La* « *cefalea è uno dei sintomi più costanti; la me-* « *desima spesso si accompagna a vertigini ed al-* « *lucinazioni ed anche con retrazione del capo.....* « Un certo grado di ebetudine mentale *manca di* « *rado*; e per lo più si nota tra i primi sintomi « della malattia. *Come la malattia progredisce, lo* « *stato di ebetudine diviene sempre più profondo.* « Nei casi miti può durare fino allo stabilirsi della « convalescenza; *nei casi gravi si cangia ben to-* « *sto in delirio. Questo è uno dei sintomi più co-* « *muni della malattia, è raro che questo sintomo* « *manchi, durante il corso della febbre tifoidea.* « Le illusioni, da cui il paziente é tormentato sono « diverse . . . . Il rumore di scampanio e ronzio « alle orecchie si osserva sul principio della ma- « lattia, e può persistere sino alla fine. Qualche « volta si nota visione imperfetta e pervertita, alle « volte annebbiamento della vista, illusioni visive, « intolleranza alla luce. Quando sopravviene lo « stupore, le pupille sono frequentemente molto « contratte. Il senso del gusto è pervertito. *La* « *perdita dell'appetito è uno dei primi sintomi* « *della malattia. La sete è proporzionata al grado* « *della temperatura.* Alle volte si verificano nausee « e vomiti. Quando più tardi l'infermo cade in uno « stato quasi incosciente e diviene insensibile ai « bisogni dell'organismo, egli cessa di dimandare

« acqua, sebbene il bisogno ne sia egualmente ur-
« gente. La lingua, mano mano che la malattia
« progredisce, diviene arida e bruniccia, e sporge
« tremolante. *Nei casi gravi la lingua è frequen-
« temente screpolata in traverso, e piena di fes-
« sure, le quali sono causa di molta noia e fa-
« stidi pel paziente.* In altri la lingua è arida,
« bruna, raggrinzita e ricoperta di una secrezione
« tenace, vischiosa, che rende difficile lo sporgerla
« fuori . . . *Le labbra ed i denti sono incrostati,
« nei casi gravi, di fuliginosità;* e le prime sono
« anche asciutte e screpolate e sanguinano facil-
« mente. *Meteorismo e timpanite si osservano nel
« più gran numero dei casi di febbre tifoidea. La
« tumefazione della milza è costante. La diarrea
« è uno dei sintomi più frequenti della malattia,
« specialmente nei casi gravi. Le deiezioni sono
« fetide ed ammoniacali.* L' emorragia intestinale
« può comparire tanto sul principio, che a ma-
« lattia inoltrata, *specialmente nei casi gravi.* L'u-
« rina è acidissima . . . . In molti casi, quando
« la prostrazione è estrema, l' urina viene perduta
« involontariamente » (*Loc. cit. pag.* 275-277).

38. Neque praetereundae morborum complexiones, queis *typhus* locum dare solet seu febris *typhoidea.* Plures quidem numero illae recensentur; videlicet: « L' infiammazione delle meningi, il pervertimento « mentale, le paralisi, i tremori muscolari, la co- « rea, la degenerazione del tessuto muscolare del « cuore, le trombosi venose, la pioemia, la larin- « gite . . . , la pulmonite lobare, l' infiammazione « della faringe, l'itterizia, l' ascesso del fegato, la « peritonite, la tumefazione della glandola parotide, « piaghe di decubito, la periostite » (*Loc. cit.*) Locuplex sane, multiplex maximeque varia *typhi* seu febris *typhoideae* phaenomenorum turba. Nihilominus in hac perficienda symptomatum recensione unum omissimus, quod tamen praecipuam consti-

tuit *typhi* seu febris *typhoideae* notam, illudque in ratione situm est, qua febris habere se debet, perdurante morbi cursu. Atque omisimus consulto, namque per illud tempus, quo Galliarum regina morbo tentari coepit, nonnisi e celeritate pulsus venarum atque ex manus tactu super frontem aegroti, artis salutaris cultoribus dimetiendi caloris gradum data erat potestas, quum ad id certo dignoscendum aptum instrumentum, quodque *clinicum thermometrum* appellamus, inter recentiora inventa sit accensendum.

39. Signorum igitur praemissa descriptione, quibus *typhus*, seu febris *typhoidea* existit, seque manifesto prodit, eorumque cum iis instituta comparatione, quae de Galliarum reginae infirmitate habentur in actis, nunquam adduci quis poterit, ut de typho, seu febri typhoidea, revera actum fuisse, prouti suadere tantopere moliuntur actores, agnoscat et fateatur. Cuncta enim si singillatim nosse desideres, quae, toto aegrotationis tempore, Galliarum regina perpessa fuisse dicitur, hisce dumtaxat contentum te esse oportebit, quae facillime et fideliter cuncta concludi possunt perbrevi hoc verborum circulo: febris, quae sub decimam horam noctis quotidie ingravescebat; anxietas; ciborum fastidium; capitis dolor, insomnia seu vigiliae. Praeter haec nihil admodum habent testes, eosque inter unum sat erit percontari, qui ceteris auctoritate sua praestat, quocum reliqui, quot sunt, plane consentiunt. Is medicus a curatione est, excellentissimus doctor Ludovicus De Aquin, quique nos docet « quod « anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio se« renissima Regina Mater Christianissima, existens « Gandavi, prima die Maji incidit in febrem con« tinuam, putridam, quae singulis diebus exacerba« batur circa decimam nocturnam cum maxima « anxietate, inappetentia, dolore capitis, vigiliis, « quadraginta quatuor diebus continuis, quibus

« diebus multa peracta fuere remedia; consulta- « tiones quoque factae Parisiis, quae febrim ad « sexagesimum diem criticum perseveraturam ju- « dicabant » *(Summar. pag. 85)*. Quid vero haec cum illa tam ingenti phaenomenorum copia, quam fuse ac distincte supra describendam curavimus? Ecquis paucis illis tantum innixus, certum ac tutum judicium facere audebit, *typho* seu *febri typhoidea* Galliarum reginam reapse fuisse affectam?

40. Adde; nulla in actis mentio est de delirio, de conscientiae amissione, de sopore, seu veterno, vel saltem ad soporem seu veternum proclivitate; quod tamen, si de *typho* praesertim *non levi*, seu de febri *typhoidea*, actum foret, abesse nequivisset. Tradit enim idem pluries allatus Auctor: « Nel « principio di un attacco di febbre tifoidea i ma- « lati soffrono quasi sempre d'insonnia o di agita- « zione nella notte: ed alle volte accade che l'in- « sonnia divenga un sintomo imponente. Ma in « un grandissimo numero di casi, più presto o più « tardi, nel corso della malattia sopravviene la « *sonnolenza. Nei casi miti* questo sintoma è l'ul- « timo a mostrarsi, ed è in genere lieve e fu- « gace; *ma nei casi gravi* può aversi già prima « dell'ottavo giorno; e, quando si è mostrato, può « divenire gradualmente sempre maggiore in in- « tensità, *fino a portare finalmente alla completa* « *incoscienza*. Persiste quasi sempre sino alla « morte, od alla convalescenza, *ma può alternarsi* « *con un periodo di delirio; ed allora il delirio* « *è più frequente di giorno, e la sonnolenza di* « *notte* » (Loc. cit., pag. 281).

41. Si insuper testes audias, ideo Parisienses doctores ceu prodigiosam Galliarum reginae existimassent sanationem, quippe morbus, quo illa implicita fuerat, non sexaginta perdurasset dies, sicuti morbi ipsius ferebat ingenium, sed post quartum supra quadragesimum diem suum aegrotatio habuerit exi-

tum. Ait enim testis quartus, qui Illm̃us Dñus est Lucas Fabronus: « Dominus deponens vidit et « dicta serenissima Regina eidem narravit, quod « cum invaletudinem suam curasset Parisiis exa- « minari, responsum habuit a doctoribus medicis, « quod quandoquidem febris illa durasset per dies « quadraginta quatuor, non poterat cursu naturali « durare minus quam ad dies sexaginta, ita quod « tam medici quam alii judicaverint dictam sana- « tionem fuisse miraculosam » (*Summ. pag. 88*).

42. Attamen, si hoc verum esset, tunc haud immerito exinde inferre liceret, praefatos Parisienses doctores febrim, quo laboravit Galliarum regina, non pro illa djiudicasse, cui deinceps in nosographia seu in ingenti morborum catalogo inditum est nomen *typhi* seu *febris typhoideae*, quippe cui brevius admodum adsignatur iter, quod nempe inter viginti ac triginta dies concludi sueverit, quemadmodum, vel ipse scribit Patronus egregius (*Informat. pag. 20, n. 36*), eique concinunt medicarum rerum Periti, quorum singulas exscribere sententias longum sane esset audituque molestum. Unde, ne ab eo, quo huc usque usi fuimus, clarissimo auctore Hutchinson discedamus, sat erit eumdem adhuc inducere docentem.

43. « In molti casi la data del principio può essere « stabilita. La durata media di tali casi, quando « non sono complicati, si è trovata essere *di « tre o quattro settimane*. Secondo il Bartlett, « la durata di 255 casi nel Mussachusetts Ge- « neral Hospital, dall'anno 1824 all'anno 1855 in- « clusivo, fu di 22 giorni. Essa fu alquanto mi- « nore di questa nei pazienti sotto i 21 anno, ed « un poco maggiore in quelli sopra. Siccome que- « sti casi ebbero luogo prima della introduzione « del termometro clinico, e siccome il principio « della convalescenza è fissato in essi dal tempo « che i pazienti cominciavano a prendere un poco « di cibo solido, è probabile, od almeno possibile,

« che la febbre abbia continuato in essi per qual-
« che tempo dopo che si era supposto che la con-
« valescenza si era ben stabilita. Su 200 casi, che
« finirono colla guarigione, ed in cui il Murchison
« potè fissare con precisione la data del loro prin-
« cipio, la durata fu di 10 a 14 giorni in 7 casi;
« di 15 a 21 giorni in 46 casi: di 22 a 28 giorni
« in 111 casi; di 29 a 35 in 33 casi. *La durata*
« *media di questi 200 casi fu di 24 giorni* » *(Loc. cit., pag. 320).*

**44.** Cuncta haec doctrinam, peritiam ac dexteritatem clarissimi extrajudicialis Periti effugere non potuerunt; unde facere ille nequivit, quin haec scriberet: « E che di febbre tifoide siasi trattato, è an-
« che probabile per il carattere, che presentò la
« febbre e per i sintomi che l'accompagnarono;
« *nè può costituire una difficoltà a tale interpre-*
« *tazione il lungo tempo trascorso, e la mancanza*
« *di un esame obbiettivo accurato*, trattandosi di
« una malattia, la cui diagnosi s'impone già di
« per sè per il decorso e la durata dslla febbre,
« ed in cui obbiettivamente poco nulla ê dato ri-
« scontrare. *Ma se anche questa mia opinione*
« *non volesse venire accettata, e ad altri la dia-*
« *gnosi da me formulata sembrasse dubbia,* per
« nulla ne resterebbe infermata l'importanza del
« fatto; *giacchè la natura del male ha un va-*
« *lore secondario* dinanzi all'esito insperato e im-
« previsto del medesimo; la guarigione cioè istan-
« tanea e completa avvenuta in una donna di 59
« anni, che da 44 giorni era affetta da febbre, e
« che da un mese e mezzo non dormiva nè si nu-
« triva! » *(Vot. pag. 46).*

**45.** Verum oblivisci non debet, e duobus elementis, quibus miraculum coalescit, quaeque idcirco miraculi extrema solent nuncupari; quod eorum est primum in morbi natura consistere ejusque qualitate; adeo ut nisi illud praestituas certeque prius demonstres, praeposterum omnino sit de elemento altero, in

quo instantanea sita est atque perfecta sanatio, quaestionem ponere. Ad rem Benedictus XIV: « Porro, ut sanatio a morbis et infirmitatibus in-« ter miracula recenseatur, plura debent concur-« rere: *primum est,* ut morbus sit gravis, et vel « impossibilis, vel curatu difficilis . . . . ; si enim « ad naturam et essentiam miraculi pertinet, ut « sit aliquid arduum et insolitum et admiran-« dum . . . . , talis profecto non erit sanatio, si « morbus non fuerit gravis, aut vel impossibilis « vel curatu difficilis . . . . Ut vero constet, mor-« bum fuisse gravem et curatu difficilem vel im-« possibilem, exquirendum est Medicorum judicium, « qui morbi magnitudinem desumere consueverunt « vel ex laesae partis dignitate, vel ex vehementia « morbi, vel ex laesione facultatis nostrum corpus « gubernantis, quemadmodum ex Galeno adnota-« runt Rotae Auditores in relatione Causae S. I-« gnatii . . . . » *(Lib. IV, p. I, cap. 8, n. 2-4).*

46. Hisce vero non obstantibus, difficilis plane non essem, quin in extrajudicialis Periti sententiam concederem, ea tamen sub lege, ut de morbo res foret, qui, ulla absque dubitatione, extrinsecus nobis patesceret per organicam, ut inquiunt, laesionem, profanis etiam conspicuam agnituque facillimam. Sed haec profecto species nostra non est; nil propterea mirum si neque ipsi extrajudiciali Perito sat firma de miraculo opinio insederit, quandoquidem, rationem, qua sanatio evenit, quum enarrasset, continenter haec ille scripserit: « E non sembra agli « AA. PP. meraviglioso tutto ciò? Si conceda « pure, che la malattia, da cui fu affetta la Regina « Madre di Francia, sarebbe stata da per sè gua-« ribile, che, lasciata a sè stessa, sarebbe certa-« mente guarita; ma chi puó disconoscere nel modo, « con cui è avvenuta la guarigione, *un alcunchè « di strano, un alcunchè,* che esce dall'ordine na-« turale delle cose? » *(Vot. pag. 50)*

47. Equidem non modica eximio perito Viro adhibenda fuit cautio, ne facile nimis, ne dicam temere, miraculum agnosceret et conclamaret. Revera locutio = *un alcunchè di strano, un alcunchè, che esce dall'ordine naturale delle cose* =, qua usus ille fuit, non obscuro argumento est, prudentem virum maluisse ad gratiae naturam accedere, quam veri nominis prodigium aperte profiteri. Atqui « *In eo quod attinet ad gratias, adnotandum est, quod illae non habent veram miraculi rationem, sed ex aliqua temporis, loci, vel personae circumstantia, miraculi speciem praeseferunt; puta, cum aliquis infirmus alicui Sancto se commendans, adhibitis medicamentis necessariis, convalescit, et fortasse citius, quam sperabatur, vel ex medicamentorum efficacia, vel ex dispositione temperamenti. . . . . Quod dictum est de gratiis, dicendum est etiam de mirabilibus; ea videlicet non habere rationem miraculi . . . . . At nec gratiarum, nec mirabilium ulla habetur ratio in Causis Beatificationis et Canonizationis. . . . . .* ». Ita Benedictus XIV *(Lib. IV, Cap. I, num. 13).*

Sed haec dicta sint sub censura, salvo etc.

Die 18 Septembris 1911.

ALEXANDER VERDE
S. C. Adv., S. Fid. Promotor.

# ANTUERPIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

# Sor. ANNAE a S. BARTHOLOMÆO

MONIALIS PROFESSAE

ORDINIS CARMELITARUM DISCALCEATORUM

## Responsio ad Animadversiones

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

*An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur?*

*BEATISSIME PATER,*

1. Quoniam aliquid in praevia Informatione tetigimus de causis quae hanc disceptationem ad haec usque tempora remoratae sunt, non video an facturum me operae pretium sim si dubietates, quibus sese occupatum facit Fidei Vindex Amplissimus, vel ab ipso exorso sermone discutere aggrediar. Prostant enim de hoc exercendo judicio testes, proferuntur documenta; facta itaque quae expendi debent ipsamet intimum suum meritum produnt quin ab ex- *Animadv. §§ 1, 2, 3.*

trinsecis circumstantiis variisque vicibus quae harum Causarum non raro expeditum cursum intercipiunt, legitimum de earumdem bonitate vel secus, argumentum depromere liceat. Quamobrem nec plura praefati ad propositas contra primum miraculum difficultates accedimus.

2. Primum itaque aliquid de testibus Censura objciendum duxit, idque capitibus quarto, quinto et sexto diligenter prosequitur. Tenuis tamen nobis relictus iis respondendi labor postquam septimum Animadversionum caput ita ipsa exorditur: « Verum; « quam de testium numero, *qui* caeterum *nedum* « *legitimus, sed et eo quem jura requirunt plane* « *superior existit,* potius sedulo quaerere praestat « etc. » Neque secus esse poterat ubi non duo, sed duodecim testes in aciem educuntur. Quamobrem ut aliquid pressius de iis dicamus, nomina quidem eorum testium quorum aliquis esset in facto demonstrando usus, duximus esse in consuetam tabellam referenda: ideo itaque omisimus nomina testium inductorum ex officio utpote qui rei conficiendae nihil omnino conferebant: « quorum « alter » (ita Fidei Vindex cum de Processus validitate actum est) « vix de una ex assertis sanatio- « nibus genericas quasdam notitias acceperat. . . « alter quoque pauca et generica de eadem sana- « tione habet (1). » Quid itaque descripta eorum nomina vel probationibus declarandis vel judicio ferendo Amplissimis Suffragatoribus profuissent?

*Animad.* §§ *4, 5, 6.*

3. Video tamen fortasse quo spectet humanissima animadversio de uno tantum ex eis testibus ex officio proposita. Hic enim testatus est se « de hoc « miraculo notitiam habere *ex Decreto Illm̃i et* « *Rm̃i Dñi sui Episcopi illud auctoritate sua Or-* « *dinaria approbantis, desuper edito;* quod scili-

(1) *Animadv.* § *4.*

« cet contigit in persona cujusdam Patris seu Re-
« ligiosi praesbiteri Conventus Carmelitarum discal-
« ceatorum hujus Civitatis cujus nomen deponenti
« non occurrit. (1) » Nec plura. Si hoc fuit Censurae consilium ut testimonium hujus Decreti ad miraculum illustrandum proferretur, habemus et aliquid quo amplius ejus desiderio satisfaciamus. Etenim et sanatus
« dicit se vere credere praefatam suam subita-
« neam sanationem et a vinculis suis expeditionem
« esse miracolosam et passim ab aliis credi uti
« talem, praesertim *postquam ab Illmo et Rmo*
« *Dño Episcopo uti talis declarata fuit* (2). »

4. Omissos etiam aliquos qui de una vel altera facti circumstantia testimonium dicere potuissent, cum tamen illud idem a pluribus aliis sciamus, cur queramur? Memoratur chirurgus *Longin* cujus deest testimonium. Sciunt AA. PP. aliam omnino eo tempore (saeculo XVII—XVIII) fuisse significationem, aliud munus quod ab ea appellatione repraesentabatur, quam ea sit recentiore inducta aevo. Tunc chirurgi seu phlegbotomi auxiliarem operam praestabant medicis quorum jussa exequebantur. In specie autem nostra curationem peculiarem nullam Longinus ille aegroto P. Leopoldo adhibuit marte suo, sed parens medicorum praescriptionibus venam aliquoties incidit, cucurbitulas et vesicatoria applicuit, re autem confecta, negotium omne suum expedierat atque inde abibat. Nihil igitur docere potuisset prae eo quod ab ipsis medicis qui a curatione fuerunt, addiscimus.

5. Furiarum vero quibus aeger saepe corripiebatur tot adsunt testes ut alterum eis addere, nempe *P. Villebrardum* quem Censura requireret, prorsus inutile videatur. Idem dicimus de *P.* illo *Theodosio a S.*

(1) Proc. fol. 379.

(2) Proc. fol. 9.

*Hugone*, qui a teste quem Censura describit appellatur *quidam* P. Theodosius a S. Hugone. Quod pronomen sane significat eo temporis illum longe abfuisse (siquidem adhuc erat inter vivos) quo certe donari non poterat ille qui in eodem adhuc coenobio versaretur. Caeterum si neque *R. P. Paulus a Virgine Maria iubiliarius* neque *P. Ernestus a S. Guillelmo* quos idem testis memorat, non sunt in judicio auditi, ideo factum existimo quod alii adessent potiori scientia rerum instructi, visumque sit prudentibus Judicibus non esse multiplicandam gentem ubi spes non adesset amplificandae laetitiae.

6. Leviter ista, Censura ipsa suadente, attigimus, quibus opus non erat diutius immorari. An vero ab iis testibus quorum responsiones in Actis exhibentur, liceat de morbi quo P. Leopoldus divexatus est, natura judicium inferri, id est quod modo cum Censore Amplissimo perpendere aggredimur.

*Animad.*
§§ *7—18*

7. Illud profecto licuit Perito Viro cui ad opportunitatem scribendi munus Postulatores tradiderunt, cujus doctum perspicuumque suffragium in aperto ponit P. Leopoldum laborasse *subacuta meningite suppurativa orta ab otite*; namque: « Si iniziò col cessare « dello scolo purulento dall'orecchio sinistro: co- « minciò col dolore di capo e febbre, cui più « tardi si aggiunsero accessi di delirio, deliquii, vo- « mito ostinato: questi sintomi dapprima miti, rag- « giunsero ben presto una tale intensità da met- « tere in pericolo la vita dell'infermo. Vi fu poi « una breve tregua: indi la malattia riprese il suo « corso raggiungendo in questo secondo periodo « una violenza di gran lunga maggiore della prima « volta per la sempre crescente intensità dei sin- « tomi ora enunciati. » (*vot. pag. 21. 22*).

8. In praevia Informatione § *19* docuimus illa esse praecipua meningitis symptomata « *la febbre, la* « *cefalalgia, i vomiti, il delirio* » quibus si ad-

datur criterium etiologicum ab *otite* deductum, eam syndromen fateri necesse sit prae oculis esse ex qua prudens medicus tuto valeat de purulenta meningite diagnosim constituere, quin opus videatur ad nuperrimam quamdam investigationis rationem, nempe liquidi *rachidiani*, idest ex dorsuali spina educti, confugere. Quae si una esset, ut Censura tradit, cognoscendi morbi ratio, frustra de ejus diagnosi tot celeberrimi de re medica scriptores praecepta et inquisitiones docuissent, frustra etiam nobis duos vel tres ex iis objecisset qui de punctione illa, illiusque liquidi inspectione ne verbum quidem faciunt. Si cum adsunt symptomata omnia quae auctores isti recensent, tunc reapse *meningitem* confici affirmas, aut inspectio illa veluti minime necessaria erit tibi habenda, aut auctoribus tuis diffidendum.

9. Illa itaque omissa investigandi ratione de qua absurdum esset aliquid expetere a medicis saeculi XVIII, sermonem Censura convertit ad *otitem*, idest ad fluxum illum sanguinis puri commixti qui P. Leopoldi morbum praecessit. Intimam ejus esse conjunctionem cum meningite veluti causae cum effectu docent auctores neque Censura inficiatur; criterium enim etiologicum maximo semper in pretio habitum est in morbis judicandis, quod si prae manibus habeamus, tantae vis est ut facile ab eodem suppleri possit siquid forte in symptomatum complexione deesse videatur. Scimus quidem, otite posita, non idcirco necessario sequi meningitem; at si post otitem plura sequantur symptomata quae inter praecipua meningitis recensentur, nullum exurget rationabile dubium quominus de hac phlogosi agatur. Vim itaque omnem criterio illi pretiosissimo adimere videtur Censura cum, ut de meningite constet, petit « argumenta plana et perspicua quibus evincatur istud cerebri malum quaeque veluti digito ipsum commostrent. » Hoc enim quo-

ties detur, nullam vim exereret criterium illud cui idcirco absque ullo detrimento posset valedici. Teneant igitur AA. PP. quod « *l'otite purulenta* e la « carie della rocca petrosa » (nomen cujusdam craniensis ossis) « sono tra le cause più importanti « e più frequenti dell'infiammazione purulenta delle « membrane cerebrali » (*Vot. pag. 23).*

10. Prono hic alveo Censor Amplissimus quaerit I. De symptomatibus hujus purulentae phlogosis deque morbi periodis quas duas esse docet, *excitationis* unam, alteram *depressionis*, atque ista expendit quatuor Animadversionum Capitibus, a decimo ad decimumtertium. II agit de morbi duratione, idque capite decimoquarto. III inquirens in phoenomena quae morbus P. Leopoldi praesetulit, ab ejus duratione et a defectu, uti existimat, secundae periodi, inferre studet illum meningitem cerebralem non fuisse. Breviter ad singula.

11. Quod itaque primum attinet, cum jam res a Perito ad opportunitatem scribente confecta sit:, ab inutili argumentorum symptomatumque descriptione abstinendum esse tempus admonet: idem enim auctor *Guinon* quo tam ipse quam Censura utitur, docet meningitis in excitationis periodo symptomata esse *cephaleam, vomitus, febrim, deliria, stipsim* et *occipitis rigiditatem*. Alia quidem praeberi a morbo phoenomena posse addit, quae tamen « sont d'une « part inconstants et, d'autre part variables dans « leur intensité, leur moment d'apparition, leur ordre « de succession et leur localisation. Cette variabi- « lité est en rapport avec la diversité même des « conditions étiologiques dans lesquelles la maladie « a pris naissance, et avec la localisation anato- « mique des lésions » (Vot. pag. 24). Quamobrem, praeter critierium etiologicum, ex sex, quae recensentur, phoneomenis praecipuis, quatuor in actis evidentissime probantur: de duobus, nempe de stipsi

deque occipitis rigiditate etsi deest specifica mentio, nemo tamen incertus haereat an revera adfuerint si illa adfuisse necesse est, quandoquidem testium de iis symptomatibus silentium minime significat illa defuisse. Puta ex: gr: rem fuisse de phthisi et hujus symptomata omnia describi a testibus praeter febrim: quis inde jure arguere poterit eam defuisse? Porro aegritudo qua P. Leopoldus laboravit tum medicis tum testibus apparuit veluti *complicatio morborum* (*Summ. pag.* *28*): ad morbosa itaque facta illi animum applicuerunt et curationem, quin causam investigarent veluti radicem a qua symptomata illa ortum ducerent. Febrim, vomitus, deliria, cephalaeam veluti tot morbos habuerunt omnesque uti revera erant, gravissimos, adeoque mirum esse non debet si cum tanto graviora premerent, ad stipsim et occipitis rigiditatem quae spectata in se, non ut meningitis symptomata, multo prae iis leviora sunt, animum non adverterint, vel ea negligenda existimaverint. Stipsim autem peculiariter quod attinet, facile putarunt eam solidorum ciborum quibus aeger vesci non poterat, defectui esse tribuendam; de occipitis vero rigiditate aliquod indicium nimime spernendum acta praebent in iis *vesicatoriis ad nucham* (1) quae Medicus Vilella jussit applicanda vel a morbi initiis, et etiam postea adhibita docet Testis IV « quorum vulneribus curan- « dis etiamnum » nempe cum aegrotum sanitati redditum conspexit) « linteum illud gestabat *collo* « *suo* circumvolutum » (2).

12. Alterius autem periodi nempe depressionis, prouti auctores docent, licet scientificam, ut ita loquar, descriptionem non habeamus in Actis, ejus tamen

(1) Summ. pag. 44.

(2) Summ. pag. 31.

substantia minime caremus. Sane testes omnes affirmant ad eam virium omnium exhaustionem devenisse aegrum ut non modo assidue lecto cubare debuerit, sed in omnibus necessariis motibus aliorum subsidio indiguerit. Docet sanatus « quod a « secundo et tertio die a suprafata *reincidentia* jam « tum eo usque . . . . debilitatus fuerit et viribus « destitutus ut assiduo lecto cubare debuerit *ex « quo et in quem aliorum auxilio serviri et levari « debebat* ita ut ipsam Sacram Synaxim dum ex « devotione sumpsit in lecto stratus et nonnisi « aegre tantillum erectus eam sumere debuerit (1) ». Concinit Testis VII « affirmatque suprafatis qua- « tuor aut quinque diebus ultimis praedictae infirmi- « tatis quibus dicto P. Leopoldo inservivit, eumdem « *eousque viribus fuisse destitutum ut neque sese « e lecto levare neque in eumdem sese deponere « haud quaquam potuerit, sed deponentis aliorum- « que hinc inde assistentium brachiis ex eodem « semper levandus et in eumdem deponendus « esset* » (2).

13. Hic animadvertant AA. PP. eam morbi *recidivam* de qua sanatus loquitur, incidisse in diem 29 Octobris, sanationem vero in diem octavam Novembris. Si igitur periodus *depressionis* quinque ante sanationem dies inceperat, idest die secunda vel tertia novembris, periodus *excitationis* tres vel quatuor dies tenuit, amussim ut docet *Guinon* (*Animadv.* § *12*) « *ha una durata. . . il più spesso di tre o quattro giorni* ».

14. Compertum est recidivas multo graviores intensioresque esse pristino morbo qui deferbuisse videbatur. P. Leopoldus ab exeunte Septembri ad medium fere

(1) Summ. pag. 15

(2) Summ. pag. 35.

Octobrem aliquanto levius aegrotaverat: adhibitis remediis morbus *per unam alteramve septimanam*, uti testes inquiunt, inducias fecisse visus est, inde vero, ut diximus, die 29 Octobris vehementius irrupit. Hinc illud contigit quod docet *Oppenehim*: « Lo « sviluppo della meningite può essere lento e « protrarsi per varie settimane. Ciò vale special- « mente per la *meningite purulenta* circoscritta la « quale può assumere *un decorso intermittente* di « cui ogni esacerbazione corrisponde ad un nuovo « tratto di meningi che cade in preda al processo « infiammatorio « (*Vot. pag. 25.*). Id jam in Informatione ex *Laveran et Tessier* docuimus « Il « decorso non è sempre continuo : *si possono os- « servare miglioramenti passeggeri seguìti tosto « da ricadute* » (1). Quapropter monet *Gowers* « La durata della meningite varia da due o tre « giorni a parecchie settimane. . . *ma talvolta si « eccede anche la durata massima or ora indicata, « E S'INCONTRANO CASI CHE SI POSSONO « RITENERE SUBACUTI* » (*Vot. pag. 26*).

15. Quopropter si phoenomena quae in morbo P. Leopoldi apparuerunt meningitis propria sunt, si ad eum morbum judicandum *otites* praevia iis symptomatibus conjuncta veluti cogit, si nulla adversus diagnosium solida difficultas ex morbi duratione peti potest, objectionibus usque ad § *15* propositis satisfecisse videmur.

16. Desiderari in actis diximus exactam ad hodiernae medicae scientiae leges periodi depressionis descriptionem, non vero substantiam; quam enim peteremus a medicis ejus temporis, a medicis qui tot peculiares morbos se habere prae oculis existimabant quot phoenomena aeger exhibuit? qui rati non sunt

(1) Inform. § 27.

ad causam unam eorum genitricem esse resiliendum? At pone, si placet, ad eam periodum nondum esse deventum, et morbum depulsum esse in ipsa adhuc excitationis periodo. Haec periodus, si recidivam quae inciderat in diem 29 Octobris prae oculis habeas, decem perdurasset dies: fierine id nequit si nuper audivimus ad plures hebdomadas integram morbi evolutionem protrahi posse?

17. Non enim fuit continuus morbi decursus, non ille, uti Censura affirmat, duos et amplius *perstitit* menses, ait enim medicus « cum dicta febris durasset « per duas tresve septimanas, applicato tandem « emplastro . . . . *dicta febris omnino cessare coe-* « *pit* simulque gravissimi capitis dolores . . . . et « furibunda deliria . . . . . *similiter cessare coe-* « *perunt, dictusque infirmus per aliquot dies re-* « *convalescens* . . . . . denuo *reincidit* in eumdem « morbum » (1). Vera igitur recidiva cujus character est ut ex reliquiis morbi qui praecesserat, conficiatur, totum morbi cursum in duas veluti phases, media aliqua convalescentiae mora, distinguit, quarum alteram multo graviorem anteacta decem vix dies perdurasse constat, in qua duplicem eam periodum excitationis nempe et depressionis agnosci demonstravimus.

18. Verumtamen cum pridie ante sanationem furibundo delirio aegrotum exagitatum fuisse Censura compererit, eo nempe quod Priori coenobii suasit vincula aegroto injicienda, § *15 et 16 animadv.* contendit demonstrare nondum periodum excitationis desiisse. Quod quidem Censurae daremus si verum esset ita illas periodos inter se dividi ac discerni ut cessantibus omnino primae phoenomenis, ea subintrent quae alterius propria sunt, quin unquam locus sit violentorum motuum reditui. Jamvero saepe res

(1) Summ. pag. 45.

multo secus contingit: « Molto spesso » accipimus a *Jaccoud* « veggonsi alternare o coesistere per « qualche tempo i fenomeni di eccitazione e de- « pressione; ovvero, essendo cominciato il periodo « di collasso, viene interrotto dal nuovo sorgere « dei sintomi di eccitazione » (1).

19. Conscientiam sui nondum amisisse aegrotum Censura affirmat. Certum est fuisse sui compotem cum illum coenobii Prior allocutus flexit ut sibi vincula injici pateretur, at nescimus an antea diutius vel brevius amissam receperit, quae sunt morbi vices; neque, ut periodus depressionis incepta dicatur, necesse est ut statim mentis impos numquam ad se reversurus aeger appareat. Cum enim varia omnino sint morbi hujus phoenomena sive eorum successionem spectes, sive tempus quo sese produnt, modo citius modo serius in altera periodo mentis torpor et impotentia sese manifestant.

20. Qua de inconstantia et varietate neque Censura dissentit. Etenim cum Peritus vir de eadem re sapienter disseruisset, affirmassetque « che il grado clinico « della meningite purulenta va soggetto a moltis- « sime variazioni a seconda della regione del cer- « vello in cui la malattia si sviluppa, della esten- « zione che essa assume, e della natura del pro- « cesso flogistico » Censor egregius minime refragatur, observans tamen Doctores, cum de illis mutationibus loquuntur, minoris momenti phoenomena spectare, non vero illud quod tamquam capitale, ideo constans et perpetuum ab omnibus admittitur. Quaestio igitur huc contracta ea revertitur de qua superius sermonem habuimus, quaenam constantia ac perpetua habeantur meningitis phoenomena. Flocci igitur fiunt quae ab Actis exhibentur, et in una stipsi et occipitis rigiditate gradus

(1) Trattato di Patologia interna, vol. I, pag. 241.

firmatur. Suntne ista, juxta Censurae sententiam, meningitis pathognomonica? ergo siquis stipsi laborat et simul rigidum gerat occiput, iste meningum phlogosi affectus dicendus erit. Plus ergo duo illa valent ad ejus morbi demonstrationem quam si post praegressam otorraeam sequantur febris, cephalaea, vomitus et deliria? Etenim quidquid hactenus Censor egregius de morbi hujus symptomatibus, relatione habita ad aegritudinem P. Leopoldi, disseruit, huc recidit omne: nempe actum esse de meningitis diagnosi quia in prima excitationis periodo non demonstrantur *stipsis et occipitis rigiditas*, in secunda periodo, nempe depressionis, artuum manifesta paralysis: demum quia utraque periodus longius quam auctores tradunt, tempus occupavit.

21. Jamvero de unius alteriusve symptomatis, non quidam demonstrato defectu quia nemo ex testibus ea denegavit, sed tantum omissione, jam satis diximus. Profecto incongruum unicuique videbitur ea respuere et contemnere quae plura et graviora prostant meningitis argumenta et ad minora haerere. Caeterum PP. AA. jam satis superque usu horum Processuum harumque Causarum edocti optime noverunt vix unquam contingere ut quaecumque ab auctoribus recenseantur morbi alicujus phoenomena, ea omnia vel in aegrotis conspecta fuerint, vel a testibus relata. « Si tenga presente sempre » jubet *Gowers*, « in ogni caso il carattere proteiforme « della malattia e sopratutto il fatto che **non c'é « sintomo di meningite che non possa ora « e poi mancare**. La cefalea è il più costante, « manca di rado . . . . . *non c'è altro sintomo* « (non esclusa la piressia) *la cui mancanza abbia « molto valore negativo* » (1).

(1) Manuale delle malattie del sistema nervoso, vol. 2, pag. 377.

22. Quaerit Censura in secunda periodo morbi artuum manifestam paralysim: « Il secondo periodo » docet *Jaccoud* « è qualificato da fenomeni di depres- « sione e di paralisi . . . . i muscoli contratti si « afflosciano e passano alla risoluzione o alla pa- « ralisi, ma questa modificazione non è sempre to- « tale e definitiva . . . . in buon numero di casi « le contratture sono sostituite da una risoluzione « generale, ma si osservano del pari paralisi par- « ziali delle membra o della faccia di cui le varietà « sfuggono ad ogni formola assoluta; esse sono « tanto svariate quanto le lesioni ove si guarda « alla lor sede e al loro numero ». Quamobrem neque absoluta perfectaque artuum paralysis postulari potest, siquidem hoc phoenomenon varias induat vices variosque sese manifestandi modos. Jamvero nonne impotem omnino standi atque ambulandi sese aegrotus ostendit? His quae superius de hac re descripsimus haec adde quae ipse sanatus testatur: « Fratres Cellitae in infirmariam « venerunt, quando deponens tantisper e lecto ante « focum portatus *nec prae debilitate diutus se ibi-* « *dem sustinere valens,* ab iisdem fratribus in le- « ctum suum reportatus est » (1). Ibi vinculis alligatus paulo post brevi solvitur a Fr. Thaddaeo qui « sive solus sive cum alio (cujus jam non re- « cte meminit) e lecto super brachia sua assumens « et *ante focum in sede collocans* . . . . . Verum « prae nimia virium debilitate non diutius quam « per parvum circiter quadrantem horae se depo- « nens ibidem sustinere valuit, moxque ab eodem « super brachia in lectum reportatus fuit » (2). Hominem habetis PP. AA., inertem omnino ac ve-

(1) Summ. pag. 16-17.

(1) Summ pag. 17, 18.

luti truncum, qui nec paulo diutius valet sedens in sella permanere, et de hoc mordicus et serio quaeramus ut ostendatur an aliqua exhibuerit phoenomena *resolutionis* artuum et *paralysis*?

23. Durationem vero morbi quod attinet, quod postremum in hac suarum objectionum synthesi Censura recolit, jam supra expendimus ubi, allatis Doctorum sententiis, monuimus casus dari qui ad plures hebdomadas proferantur, quique medium illum occupent locum inter acutos et chronicos, quibus mos est *subacutorum* appellationem tribuere. Ex quo injuria Peritus noster a Censura reprehenditur perinde qui novam hanc morbi formam ab auctoribus non memoratam induxerit, *a decorso subacuto.* Qui minime à semetipso discrepasse dici potest si de suppurativae meningitis formae prognosi agens eam dixerit esse « *tra le più gravi e le più rapi-* « *damente mortali* ». Loquitur enim de hac forma *in genere* spectata relinquens legentium prudentiae et perspicaciae eam ita enunciatam prognosim aptandam peculiaribus circumstantiis subjectae speciei. Nihil autem difficultatis facessere potest si, uti Censura inquit « medici qui Leopoldo curando « operam dederunt, illum affectum morbo qui in « nobiliori humani corporis parte, seu in cerebro « suum locasset domicilium neque verbis neque re « significaverint unquam ». Jam aliquid de adhibita ab eis curatione peculiarium phoenomenorum supra diximus: jam quid enim, si etiam medicos aetatis nostrae aliquando interna et univoca, ut ita loquar, symptomatum causa fugit, atque idcirco tantum ad singula symptomata, pro eorum vi et natura, curationem dirigere atque coarctare coguntur?

*Animadv.* §§ *19, 20, 21.*

24. Quae mox sequuntur Animadversionum capita, 19, 20, 21, his Censor Amplissimus agit de remediis quae ad P. Leopoldi curationem adhibita fuerunt, quaeque juxta ipsorum medicorum qui ea-

dem applicuerunt, judicium, morbo illi opportuna habita sunt. Hoc medicorum de opportunitate earum medelarum judicium maximo esse habendum in pretio Censura denunciat. Quod quidem minime moramur, nam siquis medicus alicui morbo curando remedia adhibet, illa curationi opportuna sese habere censendus est; quis enim medicus ea remedia adhibeat quae minus opportuna existimet? hoc unum itaque videndum an reapse idonea sint et salutares pepererint effectus.

25. Ea quidem remedia aliquid morbo levamen in prima ejus phasi attulisse constat. Hic recolimus in ea prima morbi periodo utrumque medicum nempe Joannem Steynen et Casimirum Vilella, Testes XI et XII, aegrotanti curationem adhibuisse, exorta vero inter eos dissensione circa nonnullorum remediorum utilitatem, Casimirum Vilella ab usque die 6 octobris, nunquam amplius aegrotum invisisse; ait ipse: « Die autem 6 Octobris praescri-« ptum alterius medici suprafati iterum offendens « in libro medicamentorum hujus Conventus cum « cortice china chinae calidioribus immixtis quod « dispositioni aegri contrarium judicabat, ea ratione « non parum commotus curam dicti aegri plane « abdicavit, nec amplius eumdem toto suae prae-« fatae infirmitatis subsequente tempore invi-« sit » (1). Quamobrem nimis sibi forte tribuit cum inquit « medicamenta a se adhibita pro tem-« pore quo praefatum aegrum visitavit, levamen « certe aliquod morbo attulisse » nisi illud referre placeat ad corticem chinae qui aegroto tribus vicibus post diem 2 Octobris propinatus febrim, ut ait Vilella, multum imminuit.

26. Quidquid horum est, nos parum sollicitat prima illa morbi periodus quam aliqua convalescentiae

(1) Summ. pag. 44.

mora sequuta est; e contra maxime, quod attinet remediorum usum vel utilitatem, attendendum esse existimamus ad morbi recidivam. Postulat Ben. XIV ut « *nulla fuerint adhibità remedia; vel, si fuerunt adhibita, certum sit ea non profuisse* ». Utrumque constat; nam postremis sex aegritudinis diebus nulla fuere adhibita, et ea quae a die 29 Octobris ad 2 Novembris qua a remediis cessatum est, aegroto suppeditata sunt, prorsus fuerunt inutilia. Quod a die 2 Novembris cessatum sit a remediis docet medicus Vilella: « Varia applicata « fuerunt remedia *usque ad diem secundam men-* « *sis Novembris* uti deponens colligit ex suprafato « libro medicamentorum istius Conventus (1). »

27. Tribus illis vel quatuor diebus qui a die 29 Octobris ad secundam Novembris decurrunt, remedia quidem fuisse adhibita a se docet medicus qui unus tunc erat a curatione, Ioannes Steynen « *nullo tamen* » addens « *inde tunc temporis levamine subsecuto* (1) », quod postea luculentius declarat inquiens « aliqua ex praedictis remediis tunc ob « virium debilitatem applicari non potuisse, alia « vero nullum amplius levamen attulisse ita ut « idem deponens tandem curam dicti P. Leopoldi « naturaliter loquendo desperatam judicaverit, eo « videlicet fundamento quod, ingravescentibus, ut « supra, acutae febris, gravissimi capitis doloris, « ferocissimorum deliriorum, stomachi frequentissi- « marum evomitionum, animi deliquiorum sympto- « matibus, ita sensim aeger viribus exhaustus ja- « ceret *ut nec stomacho omnia rejicienti, nec cor-* « *pori eo usque delibitato ulla amplius applicari* « *possent* (3).

(1) Proc. fol. 40.

(2) Summ. pag. 45.

(3) Summ. pag. 46.

28. A remediis ad crisis suspicionem Censura digreditur. Iacebat aeger in lecto vinculis irretitus cum memor omissarum novendialium precum quas instituerat, eas iterum suscipere, concepto voto, profitetur. « Cum de repente incidit (ait ipse) in se« mideliquium animi sub quo nec sibi plene prae« sens nec etiam a mente penitus alienus visus « est, quo vix ultra unum Pater et Ave perdu« rante, tremorem aliquem et membrorum contra« ctionem de repente sensit sub qua membrorum « contractione etiam sensit brachia sua a vinculis « quibus se prius sciebat innodatum, libera et so« luta. . . . . Prosequendo dixit, quod sibi ita sese « vinculis *(omnibus)* expeditum sentienti, mox prae « stupore eventus tam prodigiosi toto corpore eru« perit copiosus sudor, nullumque amplius ex eo « momento capitis dolorem senserit, nullamque fe« brim, quique jam per tot dies se senserat VI« RIBUS EXHAUSTUM ET INERTEM, ab eo« dem momento iisdem se sensit plane restitutum « ac si nulla infirmitate praevia laborasset, nullis « etiam redeuntibus deliquiorum aut stomachi evo« mitionum symptomatibus, ex quo jam plene per« suasus de miraculo. . . . . incepit Deo laudem « dicere ». *Animad.* §§ *22, 23, 24.*

29. Tremor ille, illaque membrorum contractio sub qua sese vinculis solutum sensit aeger, tum sudor qui postea ex ejus corpore erupit Censurae suspicionem de crisi inducere videntur. Primo itaque absurdum est in tremore illo et in ea membrorum contractione crisim suspicari, sunt enim ex ipsius morbi phoenomenis, uti Censura ipsa fuse lateque docuit. Videamus itaque de sudore. Docet ex *Zacchia* Ben. XIV « sanationes naturales esse censendas « si fiant per insignem aliquam evacuationem, per « haemorragiam, per alvi fluorem, per sudorem, « per urinam, aut aliam quamcumque evacuationem,

« etiam si sanatio illico et quasi in instanti fiat ». Quae doctrina nisi cum mica salis accipiatur, ad maximas absurditates adduceret. Sanatur in instanti phthisis; at gravis haemorragia praecesserat, ergo naturalis censenda sanatio. Sanatur illico dyssenteria, at paulo ante copiosus fluxerat alvus, ergo a naturae viribus sanatio processit: quis ista sanus ausit affirmare? quid ergo dicendum? hoc, ni fallor, si nempe illas evacuationes, illas, uti veteres medici inquiebant, *peccantis materiae* emissiones usu constet alicui morbo vel expellendo vel minuendo idoneas esse, nempe ut intima relatio sit inter evacuationem et morbi naturam. « Crisi era « dunque « legimus apud *Jaccoud* (1) « vuoi il « complesso fenomenico che accompagnava l'uscita « del materiale morbigeno, vuoi questo stesso, nel « venir fuori; onde fu detto *materiale critico* ».

30. Ut vero rei propius accedamus, quibus morbis seu morbi symptomatibus laborabat aeger? febri urentissima dolore capitis gravissimo, deliquiis, deliriis, vomitu, et summa virium prostratione. Istane simul et instantaee pelli posse dices copioso sudore? Facile est experiri cum potentissimis diaphoreticis dives sit pharmacopoea. Nolim sane petitionis principii redargui, at gelu, frigidae irrigationes = *compresse diacciate, docciature fredde ed in generale l'acqua fredda versata a largo getto e da moderata altezza* = docent Auctores *(Niemeyer)* esse adhibenda in meningitis curatione, quae omnia ab iis quae sudorem provocant, distant toto coelo. Anne nugamur? copiosus sudor qui vires, ut omnes sciunt, deprimit, eas in instanti validas reddat? Etiamsi de febri tantum actum esset, nulla crisis a sudore peti posset: « gli antichi « docent *Laveran et Tessier* « consideravano questi sudori come

(1) Vol. I pag. 111.

« un fenomeno critico, ma osservazioni più rigo-
« rose hanno dimostrato che la defervescenza (della
« febbre) precede la comparsa dei sudori (1) ».

31. Haec autem omnia disputamus perinde ac sudoris emissio receptam sanitatem praecesserit: quid si ipse receptam sanitatem subsecutus est, fuitque veluti effectus immensae commotionis cui ob stuporem adeo prodigiosi eventus aeger necessario ob noxius esse debuit? Sanatus « dicit miraculosam « suam sanationem ac prodigiosam e vinculis expe « ditionem contigisse in instanti et a se perceptam « post semianime deliquium ». Atqui sudor erupit post vinculorum expeditionem, ergo etiam post sanationem. Quod ex sanati narratione confirmat Fr. Thaddaeus qui « dicit quod adverterit eum multo « sudore madentem, quem deponenti affirmabat « provenisse ex maximo tam prodigiosi erga se « eventus stupore non tantum ratione inconcepti- « bilis a vinculis suis evasionis, *sed etiam subita-* « *neae a tam diuturna infirmitate sanationis* (2).

32. Medicus autem *Vilella* quem sibi faventem Censura existimat, non modo, ut ex allato ejus testimonio patet, nihil de crisi, nihil de emisso sudore loquitur, sed sanationem prodigio tribuendam confirmat. Ex verbis ejusdem quae Censura in hoc *24 Animadv.* capite describit, eam videretur denegare cum inquit *se quantum ad supradicta sibi enarrata nihil hactenus supernaturale intervenisse judicare* ». Sinamus tamen eum ingredi cubiculum P. Leopoldi et vincula inspicere. Inspicit « rogatusque de judi- « cio suo, antea P. Leopoldo haec interrogata pro- « posuit: Utrum ipse P. Leopoldus aliquanto tem- « pore ante solutionem, in actu solutionis et post

(1) Nuovi elementi di Patologia etc. Vol. I pag. 17.

(2) Summ. pag. 71.

« vinculorum solutionem mentis suae compotem « se sciverit? ad quod cum praefatus P. Leopol- « dus affirmative respondisset, a deponente ulterius « interrogatus fuit, an non alieno adjutorio, vel « propria arte, vi, dexteritate aut industria ex uno « saltem dictorum vinculorum quibus manus stri- « ctae fuerant, et consecutive ex aliis expedire ten- « taverit, aut realiter expediverit? ad quae omnia « et singula cum dictus P. Leopoldus negative re- « spondisset, deponens praefatam e vinculis ita ut « supra, nodatis et constrictis ac etiamnum integris « et illaesis (uti illa videbat et comperiebat) expe- « ditionem et liberationem miraculosam se mox « judicasse et etiamnunc se judicare affirmat (1).

33. Quorsum autem haec de ejus judicio quod attinet eam e vinculis expeditionem, attulimus? nempe ut via sternatur singulari, quam ipse de miraculis fovebat, opinioni declarandae. Audite. « Ad 19 interro- « gatorium Respondet : quod cum a die 6 Octobris « usque diem assertae sanationis P. Leopoldi eum- « dem non amplius visitaverit, adeoque ignoret « subsecutum ejus morbi statum, non possit suum « desuper judicium deponere: ulterius affirmans « se illius opinionis esse quod nullus medicus po- « tis sit judicare internum aliquem morbum mira- « culose esse sanatum, nisi externa aliqua circum- « stantia miraculosa illum immediate praecedat, « concomitetur vel subsequatur. Cum vero in hoc « casu pro asserta sanatione P. Leopoldi concur- « rat praefata mirabilis e vinculis suis eodem (ut « fertur) tempore expeditio, quam Deponens in « superiori sua depositione miraculosam a se ju- « dicari affirmavit, et etiamnum affirmat, *ab eadem* « *quoque Virtute dictam sanationem provenisse, a-*

(1) Proc. fol. 54.

« *deoque miraculosam merito opinatur* (1). » Igitur antequam illaesa adhuc vincula inspiceret, nihil supernaturale in aegroti sanatione intervenisse judicavit, post illa vero inspecta palinodiam cecinit. Relinquamus illum ratiocinio suo et ad caetera progrediamur.

34. Integre perfecteque ad pristinam sanitatem rediisse P. Leopoldum testes omnes affirmant; dubitat Censor. Fr Tiburtius qui primus inducitur, ait *illum per annum circiter in perfecta sanitate continuasse.* Ergo integre perfecteque sanatum dicere cogeris, nisi contendas prodigiosam sanationem immunitatem a morbis et in posterum tribuere. Addit idem Fr. Tiburtius Leopoldum post annum ter vel quater aliqua infirmitate laborasse *distincta a priore morbo* atque una vice duodecim circiter dies aegrotasse. Audiatur medicus *Steynem* qui idem clarius enunciat et « dicit praefatam sanationem dicti P. Leopoldi fuisse « omnino perfectam ita ut post eamdem nullum amplius incommodum aut dolorem passus fuerit ex su « prafata infirmitate, quamvis aliquot mensibus post « dictam sanationem semel pleuritidi obnoxius fuerit « a qua sub cura deponentis mediante bina venae « sectione aliisque remediis isti malo congruis et « opportunis, spatio quique aut sex dierum omni- « modae valetudini restitutus est, denuoque factus « idoneus gerendi passim omnes functiones et a- « ctus proprios sui status, *quemadmodum depo-* « *nens quotidie frequentans istum conventum in* « *qualitate medici ordinarii* ita se observasse et « comperisse testatur. (2). » Quae postrema attendenda maxime sunt ut pateat, siquando idem P. Leopoldus, uti affirmat Testis IV P. Augustinus = *aliis diversis vicibus febri laboraverit* » has febriculas

*Animadv.*
§ *25....27.*

(1) Proc. fol. 41.

(2) Summ. pag. 79.

*ephimeras* et nullius momenti fuisse et nullo medici subsidio indiguisse. Hic enim *quotidie frequentans coenobium* affirmat semel tantum, trium vel quatuor annorum lapsu opem suam P.Leopoldo praestitisse. Quae omnia confirmat sanatus ajens « re-
« cuperatam suam miraculosam sanationem ex eo
« tempore adeo fuisse perfectam ut nullum amplius
« ex ea infirmitate incommodum aut capitis dolo-
« rem passus fuerit, continuando semper in omni-
« moda valetudine ac idoneitate gerendi omnes
« functiones et actus proprios sui status, praeter-
« quamquod semel ex nimia diuturnioris deambu-
« lationis fatigatione (uti credit) febri correptus
« juncto dolore gutturis per quindenam circiter ab o-
« beundis praefatis functionibus abstinere debuerit,
« quemadmodum aliquando levioribus aliis infirmita-
« tibus, per unum alterumve forte diem perduran-
« tibus, sed nullo unquam capitis dolore stipatis,
« se obnoxium fuisse fatetur (1). » Vide etiam in Summario et in Voto Periti (*pag. 40)* alios qui perfectam sanationem confirmant.

35. Idem Fr. Tiburtius (cui concinit Doctor Casimirus Vilella) tradit « praefatum P. Leopoldum *post an-*
« *num circiter a miraculosa sua sanatione*, tribus
« aut quatuor vicibus a se Deponente visum esse
« in quodam placido et tranquillo animi deliquio,
« nullumque dantem cognitionis vel notitiae signum
« nequidquam adhibitis a Deponente vel ab aliis
« manuum motibus et agitationibus eliciendae alicui
« cognitioni congruis aut opportunis; dicto P.
« Leopoldo apertis oculis super stratum suum ja-
« cente quasi immobili et extra se, praefatis vici-
« bus ultra mediam horam plerumque perduran-
« tibus. »

(1) Proc. fol. 8 terg.

36. De hisce factis interrogatus in judicio P. Leopoldus « declarat quod mandato Illmi ac Rmi Dñi Epi« scopi de veritate dicenda in vim juramenti sui « pressus fateri cogatur quod sibi in Domino vi« deatur praefatas corporis constitutiones sibi « accidisse prae singulari animi fervore sub medi« tationibus aut orationibus mentalibus quibus tunc « temporis vacabat, quarum dulcedine tota sese « fatetur abripi solitum, praesertim cum de Pas« sione Christi Domini meditaretur, ut fortasse « ipse iners corporis membrorum et sensuum vi« deri aliis potuerit, aut animi deliquio obnoxius, « *dum tamen mentis internae ac cogitationum* « *mysteriis dictarum meditationum absorptarum* « *se plane compotem et conscium fuisse declarat.* « Addens quod ad se rediens ex hujusmodi appa« rentibus corporis impotentiis, ne quidem quando « per triduum durasse dicebantur, ne vel mini« mam virium debilitatem perseuserit, aut aliam « corporis debilitatem. *Interrogatus an ulli un*« *quam aliquid istorum omnium confidenter reve*« *laverit*: Respondit se nemini simile quid revelasse, « sed unice Confessario suo in confessione sacramen« tali ista aliquando declarasse (1). »

37. Facta haec sunt quae cum phisico morbo nihil commune habent: quam enim concipias morbosam affectionem quae in caeteris omnibus vitae actibus taceat, sese vero tantum manifestet in divinarum rerum contemplatione? idque vero non semper, sed tantum aliquando, cum scilicet, uti quisque prudens interpretabitur, major esset atque ardentior animi fervor erga divina abrepti? Tranquillitas oris, immobilitas corporis quam P. Leopoldus tunc praeseferebat, *pulsu et facie sanorum simili ut illum placide dormientem judicaret deponens* (medicus

(1) *Proc fol. 8 terg. 9*

Vilella) *ut nulla morbi aut infirmitatis signa in eodem ad sensus reverso apparerent* » (quod idem medicus affirmat) sane significant de factis rem fuisse quae etsi in ordine phisico posita velis, tamen nullum morbosum symptoma, nullam mentis perturbationem portendunt.

37. Haec facta conferens Peritus noster cum *Guinonii* doctrina, peculiarem quamdam inde infert nervei systematis conditionem qua P. Leopoldus praeditus natura fuisset, idest exquisitam ejusdem excitabilitatem qua factum est ut delirium quo, perdurante morbo meningitico, divexatus fuit, saevissimum evaserit. Eam nervei systematis sensibilitatem et excitabilem temperiem *nevropatiae* nomine, si ita Censurae placet, appellemus. At quoniam ipsa morbo praeextiterat fueratque in causa cur deliria sueto ferociora saevierint, nihil ex eadem post morbum permanente adversus hujus sanationem perfectam jure inferri potest: tale enim post eam nerveum systema P. Leopoldi remansit, quale fuerat ante morbum ipsum. Haec dicimus ut perfectam undequaque sanationem in tuto collocemus, quin tamen (quod extra causam est) omnino concedere possimus ab una tantum nervorum P. Leopoldi conditione, idest morali quacumque causa seposita, facta illa ortum habuisse.

39. Quapropter cum triennio et amplius, quod a sanatione ad Processus confectionem defluxit, bonam suam valetudinem sanatus probaverit, vel rigidus quantumvis exactor de perfecta morbi qui praecesserat depulsione tutus esse debeat. Defuit utique, quia a Litteris Remissorialibus minime praescripta, judicialis medica inspectio, sed sanatus observationi fere quotidianae Doctoris Steynen ordinarii coenobii medici obversabatur, qui de perfecta ejus sanatione juratus testatur. Quod vero in calce capitis hujus proponitur dubium, nescire nos, cum

certo scire deberemus, an sanatus, *quoad vixerit,* alias infirmitates passus sit quae cum praegressa cognatione aliqua continerentur, hoc, inquam, dubium si ad logicas consequentias deduceretur, sane significaret, sanato adhuc in vivis agente expediri non debuisse Litteras Remissoriales nec Processum confici. Illud enim quod certo cognoscendum esse Censura postulat, cognosci sane non potuisset nisi post exactum a P. Leopoldo universae suae vitae curriculum. Tunc vero non modo sanati testimonio, quod semper utilissimum est et maximo habetur in pretio, sed etiam judiciali medica inspectione quam Censura omissam dolebat, necessario careremus.

40. Commode hic nobis esset dicendi finis de primo hoc miraculo prouti in proposito *lemmate* enunciatur. At quoniam egregio Fidei Vindici placuit etiam in eam a vinculis expeditionem quam testes omnes prodigio tribuerunt, censorium calamum exercere, sinant AA. PP. defensionem iis animaversionibus quae a capite 28 ad 32 producuntur, eam unam quae pro ejus circumstantiae natura licet, responsionem adjicere. *Animad.* §§ *28.....32.*

41. Dicimus itaque eam esse illius circumstantiae indolem ut nonnisi a testium fide qui vincula inspexerant reique interfuerunt, pendeat utrum prodigiosa nec ne censenda sit. Compedes enim, vincula, ligaminum nodi et circumvolutiones non sunt uti symptomata morbi quae expendi possunt et judicari licet aegrotus absens sit, aut etiam vita functus. Quoniam itaque illa omnia uti inventa fuere postquam ex iis sanatus evasit, nostris oculis subjecta non sunt, sane oportet ut fidem habeamus iis qui viderunt, quique concordes et jurejurando obstricti testati sunt, praeeunte sanato, ex iis nodorum complicationibus manus et pedes expediri « *concipi aut intelligi non posse sine penetratione cor-*

*poris supernaturali omnes naturae vires excedente* » (1). Frustra ergo Censura objicit dubitationes suas quas collocat in eo tremore in eaque artuum contractione sub qua sanatus sese vinculis expeditum sensit; nam primo, si vinculorum nodi relaxati non sunt cum vehementibus deliriis aeger jactabatur, multo minus intelligi potest quomodo id contingere potuisset per motus multo tenuiores. Secundo, cum testes, vinculis inspectis, affirment omnes impossibile ex iis, prouti apparebant, visum sibi esse manus et pedes educere, omnino necesse est supponere vel a sanato vel ab alio quodam illa in pristinam constrictionis conditionem fuisse restituta, atque ideo sanatus certe, forte etiam unus vel alter ex testibus pejerasse dicendi. Equidem tamen minime assequi possum quomodo fieri potuerit ut neque ea suspicio de relaxatis nodis quam tam facile Censura excepit, neque suppositum quod mox enunciavimus de iis denuo a sanato vel alio quopiam adstrictis, nemini testium in mentem venerit, nisi certo nobis constare debeat eas adfuisse facti circumstantias ipsi vinculorum naturae inhaerentes, quae nullum facerent suspicioni suppositoque illi locum. Quamobrem illius prodigiosae circumstantiae veritas illud pondus penes fidem nostram habet quo pollet affirmatio duodecim juratorum testium qui rem nullius ex eis captum excedentem suis oculis usurparunt. Minori sane testimonio homines vel ad opera publica vel capite damnantur.

42. Postremum Animadversionim de hoc miraculo caput aliquid exhibet quod non facile explicatu Censurae videtur. Item visum et nobis in italica versione: at in latina (utraque enim est in Actis ex Flandrico idiomate quo reddita testimonia sunt) res multo fa-

(1) Summ. pag. 58.

cilior intellectu esse patet. Fr. Lucas itaque « dicit « quod dicto P. Leopoldo de die vinculis, ut supra « irretito, ipse Deponens media nocte immediate « sequenti, cum essent vices Deponentis ad vigilan- « dum ab hora videlicet 12ª ad horam primam per « Conventum, pulsari audierit in infirmaria, eoque « se contulerit: audierat enim fratrem Franciscum « qui immediate ante ipsum per horam evigilaverat, « tempore suae vigiliae ad dictum P. Leopoldum « non accessisse; ideoque ad cubiculum dicti P. Leo- « poldi audito campanulae signo celeriter cucurrit, « rogavitque an pulsasset, et an aliquid (non « reflectendo ad ejus vincula) ex ejus esset ob- « sequio? Ad quod idem P. Leopoldus affirmative « respondit, petiitque ut Deponens bene refle- « cteret in quo statu et dispositione jam esset; « et Deponens tunc reflexit dictum P. Leopoldum « aliqualiter commotum et alteratum sudore madi- « dum et vultu pallidum jacere, ultra quod nihil « aliud reflectebat, *cum sub lodice quo tegebatur,* « *jaceret.* Tum sine ulterioribus sermonibus dictus « P. Leopoldus statim rogavit deponentem ut Fr. « Tiburtium dicti Conventus Religiosum studiosum « advocaret, qui per Deponentem vocatus infirmo « adfuit sine mora » (1). Latina locutio = *cum sub lodice quo tegebatur jaceret* = haud concinne reddita italice = *essendosi il detto Padre coperto sotto le coperture* = aliquid obscuritatis parere potest. Latinae e contra perspicua est sententia: ideo enim Fr. Lucas animum advertere nequivit ad vincula, quia P. Leopoldus lodice tegebatur: huic autem visum non est Fr. Lucam totius rei illico certiorem facere.

(1) Proc. fol. 34

# MIRACULUM ALTERUM

## INSTANTANEAE PERFECTAEQUE SANATIONIS
## MARIAE REGINAE GALLIARUM
## A DIUTURNA FEBRI TYPHOIDE
## VIRIBUS ILLICO RECEPTIS.

43. Maria Medicea Galliarum regina gravi quatuor supra quadraginta diebus febri conflictata, repente, intercessione Ven. Annae invocata, in optimam valetudinem restituitur. Factum istud quod secundo loco proponitur ejusque circumstantias omnes prosecuti sumus brevi lucubratione quae Informatio dicitur, in qua quidquid probationum ex testibus valuimus haurire, diligenter, si non eleganter et docte, congessimus.

44. Quoniam de probationibus incidit sermo, antequam eas difficultates nobis diluendas proponamus quae ad morbi naturam spectant, levissimis quibusdam obiectis quae propius probationes respiciunt solum, ut ita loquar, mundandum esse arbitramur. Has exhibet § *35* harum Animadversionum ubi adnotatur chirurgum et pharmacopolam non fuisse examini subjectos quamvis eosdem processui praemortuos non constet ex actis. In quibus legitimum etiam desideratur documentum in quo, juxta Censuram, sententia in forma authentica contineri debuisset quam de morbo tulisse dicuntur Parisienses doctores.

*Animad. § 35.*

45. Ut igitur de hoc postremo primum aliquid dicamus, nemo non videt totum quod objicitur et requiritur quocumque fundamento destitui. Quis enim Cen-

surae nuntiavit Parisienses medicos scriptis suam sententiam edidisse? an per epistolam rogati missam per tabellarios? minime id constat; sed etiam id minime existimandum est: e contra potius id actum quod multo satius erat prudentiusque, ut nempe alter ex medicis regiae aulae adsistentibus Lutetiam Parisiorum sese conferret ut voce collegas Parisienses edoceret eorumque sententias exquireret. Si vero res scriptis commissa est, tunc sane necesse fuit ut vel regina vel ejus a secretis edocerentur epistolam seu documentum esse servandum quia tria fere post saecula Fidei Promotor illud erat postulaturus. Quid autem Parisienses medici judicaverint cum a testibus, tum maxime a medico sciamus, minime necessarium videtur documentum quod Censura requirit, quod forte nunquam extitit, quod Iudices minime petiverunt, proferri.

46. Chirurgum et pharmacopolam non stetisse coram Iudicibus nec tamen constare eos fuisse processui praemortuos, alterum hoc est quod diligens Censura opponit. Cui bono tamen eos in judicium appellassent? quodnam chirurgorum munus eo tempore fuisset jam supra, de altero miraculo agentes adnotavimus. Nullam ille aegrotanti reginae curationem adhibuit, sed a medicis jussus venam aliquoties incidit. Nihil propterea amplius quam quod medicus ipse retulit, ille nobis enarrasset. Idem dicito de pharmacopola qui ab officina sua medelas dabat: quaecumque hae tandem fuerint, nobis satis est noscere easdem nihil profecisse. His adde Processum et testium examina Antuerpiae fuisse habita, eosque testes fuisse rogatos qui essent e Reginae familia eamdem comitante. Visum itaque nimine necessarium chirurgum et Pharmacopolam qui Gandavii morabantur ibique artem suam exercebant, Antuerpiam vocari ut id testarentur quod sive expresse sive implicite medicus et alii testes

patefacere poterant. Quod autem postremum ex Ben. XIV additur « in Causa S. Catharinae de « Ricciis quasdam sanationes a febribus malignis « non fuisse miraculo adscriptas . . . . *quia sym-* « *ptomata malignae febris desumebantur ex dictis* « *testium, non vero ex attestationibus medicorum* » quisque perspicit rem nostram non afficere: factum enim hoc medici attestatione minime destituitur.

Animad. §§ 33, 34. 47. Petita obtentaque ab AA. PP. venia ob patratam ordinis in respondendo inversionem, objectiones a capite repetimus. Ut itaque evidens fit ex ipsis Animadversionibus, de subita et perfecta sanatione inter Amplissimum Censorem et Causae Actores nulla quaestio, contentio nulla. Quin etiam contra gravitatem morbi, modo in genere inspecti, continuit egregius Fidei Vindex censorium calamum ne adversus manifestam etiam prophanis veritatem diceret, cum nemo unquam sanus audeat levem affirmare morbum qui constituitur febri dies noctesque quatuor supra quadraginta persistente.

Animad. §§ 36, 37. 48. Quamobrem quidquid inter Causae Actores et Fidei Vindicem in contentionem venit, his verbis continetur « utrum nempe febris haec qua augusta in« firma laboravit, typhoidi accensenda sit, necne: » « id vero » uti Censura prosequitur « probatum « non est, nec probatu facile esse apparet. »

49. Compertum est non unam esse viam alicujus veritatis probandae, et Iudices jure monentur ne ad unum tantum probationis genus animum applicent. Trita illa quidem, quoties de natura alicujus morbi statuenda res est in hisce de miraculosis sanationibus controversiis, ut probatio scateat ex collatione symptomatum quae ex scriptoribus medicae scientiae dignoscuntur propria esse ejus morbi de quo quaeritur, cum symptomatibus quae testes rite rogati descripsere. Sed hanc non semper licet inire, praesertim ubi facti quod prodigio detur, descriptio

hauritur ex Processibus, uti noster est, antiquissimis. Quisquis enim illorum aliquem usum habet, sane compererit in symptomatum descriptione eosdem, ut plurimum, laborare. Sive enim bonae fidei quae tunc magis vigebat, sive scientiae defectui tribuendum, testes etiam periti morbi naturam breviter enunciabant quibusdam symptomatibus summatim delibatis, magis vero versabantur et sermonem effundebant in aliis prodigii circumstantiis describendis. Inde fit ut quoties illae attestationes iudicandae veniant aetate nostra, aliquid indulgendum sit temporibus si non omnia in illis inveniamus quae nostra critices et evoluta medendi scientia fortasse requirerent.

50. Ut itaque ad inceptum revertar, non adeo insistam primae illi viae, illi nempe quam Fidei Vindex signavit cum ex *Jacobo Hntchinson* febris typhoides symptomata describit. Dicam tamen minime defuisse « *la fisonomia alterata* » si febris « reddebat suam Majestatem *valde deformem*. » Hoc autem gravitatem morbi significare vel ipse allatus Auctor edocet : « *nei casi gravi* anche la fisonomia del « paziente può essere alterata. » Si medicus testatur reginae *fractas* fuisse *vires*, in hoc sane agnoscenda « la prostrazione e la perdita delle « forze muscolari . . . . *nei casi gravi* di febbre « tifoidea. » Maculae illae parvae, lenticulares, rosei coloris quae in morbi decursu apparere solent, sint quidem modo insigne morbi symptoma, at quomodo id postulemus ab antiquis medicis, praesertim quia « *ora si contano tre o quattro macchie* « *rosee sulla parete anteriore dell' addome*, ora « queste macchie si osservano in gran numero . . (1)? Num febris continuae putridae natura necessario ferre debuit medicos ut aegrotae abdomen investi-

(1) *Laveran* et *Tessier* Nuovi elementi di patologia etc. Vol. I pag. 42.

garent? et puta investigasse, quam, quaeso, vim tribuere poterant paucis illis cutaneis maculis? Si vero *auscultatione* opus est ut bronchiorum phlogosis quae comes dicitur typhoides febris, deprehendatur, id certe fieri nequibat a medicis saeculi XVII, cum illa ratio cognoscendi interna phoenomena a celeberrimo *Laennec* inventa et illustrata sit saeculo XIX ineunte.

51. In *capitis dolore* quem medicus a curatione memorat, *cephaleam* inveniri in comperto est. Item in *anxietate* et *inquietudinibus* etiam *delirium* posse comprehendi nemo fortasse negaverit. De *inappetentia* idest « *la perdita dell'appetito* » medicus docet. Linguae conditionem peculiariter ille non descripsit; postquam enim febrim *putridam* appellavit, haud immerito censuit nihil amplius addendum ut constaret et linguam praeseferre debuisse eos caracteres qui a *putrida* febri eidem constanter veluti inscribuntur. Examen labiorum et dentium, cum nihil reapse morbosum, nihil quod doloris causa esset, praeseferrent, non est morosius a medicis ejus aetatis postulandum. Praeterea phoenomena illa quae in labiis, dentibus et lingua conspiciuntur, non directe a morbo causam habent, sed ab aegroti inertia et stupore; « se lo stupore « è tanto notevole che la sensazione di sete non « sia più avvertita, o che l'infermo non abbia più « la forza sufficiente per umettare continuamente « la sua mucosa orale e per nettarla, la lingua si « dissecca, si indurisce, si screpola: le mucosità « trasportate continuamente dalla saliva, si accu- « mulano sulla lingua, sui denti, sulle gengive, si « anneriscono disseccandosi e costituiscono *le fu-* « *ligginosità* » (1). Tumorem splenicum ad febrim

(1) Laveran etc. pag. 17.

typhoidem pertinere docuerunt *anathomes* studia quae posteriore aevo impensius celebrari coeperunt: cum autem ille nonnisi auscultatione et percussione cognosci possit, sane apparet medicos ejus temporis non potuisse nisi rarissimis in casibus illum deprehendere, quia « *il tumore splenico non è che eccezionalmente accessibile alla palpazione* » (1). Alvi fluxum utplurimum typhoideae fèbris esse minime denegandum; at scimus etiam magnam curationis aegrotantis reginae partem constituisse *potiones laxativas*: harum igitur effectus putari facile potuit illud quod morbi fuisset, nam « *talvolta la diarrea è poco abbondante* » (2). Sanguineas vero ab intestinis dejectiones inter possibilia morbi phoenomena recenset *Grissolle,* et minimum ab iis exprimi aliquando sanguinem docet, qui « *si combina intimamente con le materie fecali e può passare inosser-* « *vato* » (3). Curnam autem de quotidiana et stata hora ejus febris *exacerbatione* quae propria est typhoideae, quam testes unanimi voce describunt, nihil Censura quaesivit?

52. Indicem autem describere cujusdam *tractatus pathologiae* Censura Amplissima videtur cum recenset morborum complexiones quae in *febri typhoidea* seu *typho,* ut ait, locum habere possunt. Adfueritne tamen earum aliqua quae diuturniorem aegrotae febrim effecerit, neque negari neque affirmari potest. Sunt illae possibiles, adeoque earum absentia naturae morbi nihil detrahit. Satius itaque erat eas omittere, ut consulto omissum est quae- *Animad. §§ 38,39,40.*

(1) Niemeyer. Patologia e terapia speciale. Vol. I pag. 680.

(2) Laveran etc. Vol. I pag. 44.

(3) Grisolle – Trattato elementare e pratico di Patologia interna – Parte I. pag. 28.

rere de ratione qua sese habuit febris, quae ratio nonnisi ope thermometri clinici recentius inventi cognosci potest.

53. Febrim autem *typhoideam* quoties Censura nominat, eam nunquam a *typho* dissociatam exhibet, perinde ac duo illa nomina unum eumdemque morbum significent sive naturam spectes sive gravitatem symptomatum, sive morbi durationem. Ita quidem sese gerere Censuram oportuit dum inhaeret auctori a sese allato *Jacobo Hutchinson* qui, ut patet ex brevi ejus morbi historia, utrumque simul accipit. Satis est describere ex eodem « che i più « antichi medici che abbiano menzionato la *febbre* « *tifoidea* sono stati . . . fu il Gerard nel 1837 « il primo che publicò . . . . la diagnosi differen« ziale del *tifo* . . . » Cum itaque haec sit ejus scriptoris sententia, mirum non est si utriusque morbi symptomata simul accipiat et describat, tabulamque exhibeat symptomatum multo tetriorem prae illa quae simplicis typhoideae febris phoenomena morbosa referat. Germanis id scriptoribus tribuendum qui « hanno dato alla parola tifo un « senso generico il quale corrisponde a quello di « *malattie tifoidi*, e lo fanno sempre seguire da « un qualificativo quando vogliono indicare questa « o quella malattia tifoide in particolare: tifo addo« minale, tifo esantematico etc. » (1). Iidem scriptores in quibus ista legimus, haec quoque docent de *typhi* diagnosi: « Nella diagnosi differenziale « della febbre tifoide e del tifo si è guidati in « generale dalla epidemicità dell'una e dell'altra di « queste malattie: *le differenze sintomatiche per* « *altro sono numerose ed importanti; il corso* « *della temperatura non è lo stesso, l'ascensione e*

(1) *Laveran et Tessier*. Oper. cit. Vol. I pag. 76.

« *la defervescenza, rapide nel tifo, sono lente e*
« *progressive nella febbre tifoide, la durata del*
« *tifo è di quattordici giorni, quella della febbre*
« *tifoide di ventuno;* l' esantema del tifo non so-
« miglia alle macchie rosse della febbre tifoide, il
« delirio presenta nel tifo un carattere particolare;
« i sintomi addominali e toracici così importanti nella
« febbre tifoide, mancano più o meno nel tifo . .
« *la mancanza delle lesioni delle placche di Ple-*
« *jer nei tifosi costituisce finalmente una delle*
« *migliori prove della non identità del tifo e della*
« *febbre tifoide* » (1). Stuporem facit quod « la-
« sciando a sera un ammalato di dermotifo come
« cosa morta, troviamo poi cangiata la scena al
« mattino, discesa rapidamente la temperatura, do-
« mata l'intensita de' fenomeni più minacciosi e
« l'infermo ridonato alla vita, e tutto questo nel
« breve giro di poche ore » (2) quod in febri ty-
phoide nunquam obtingit. Quapropter scribunt:
« Non parliamo dell'opinione che assimila il tifo
« alla febbre tifoide . . . . oggi abbandonata dalla
« maggior parte degli autori » (3).

54. Dum tamen ista medicis judicanda relinquimus, ad morbum quo regina divexata fuit ducimus revertendum. Febris *continuae putridae* nomine illum medicus a curatione designavit. Multiplici allata recentiorum scriptorum auctoritate in praevia Informatione docuimus eo nomine apud veteres appellatum fuisse morbum qui modo *typhoides* febris nuncupatur. Merito igitur notavit Censura, tempore quo Galliarum regina aegrotavit nondum in medica scientia peculiarem febris typhoideae perspe-

(1) Vol. cit. pag. 82. 83.

(2) Apud Jaccoud Vol. I pag. III

(3) Summ. pag. 77

etam fuisse indolem. Verum est etiam illud quod addit, doctorem Ludovicum de Aquin nomine febris putridae non intellexisse febrim typhodeam, hujus nempe natura incomperta adhuc illi erat, cujus imo pecularem nomen, utpote a recentioribus inditum, ignorare illum necesse fuit. At quod ipse ignoravit, quod ipse nequivit intelligere ut *putrida* febris unus esset idemque morbus cum typhoide, id noscimus, id intelligimus nos edocti studiis recentiorum qui febres illas quas veteres *malignas*, *biliosas*, *mucosas*, *putridas* appellarunt prouti magis haec quam illa symptomata praevalere videbantur, sub una typhoides forma et appellatione coegerunt (1).

55. Verumne tamen est peculiarem illam quam febrim *continuam putridam* veteres dicebant, unum eumdemque esse cum typhoide morbum? nihil magis : « Tale era la stato della scienza nel 1829 » (scribit celeberrimus *Grissolle*) « quando comparvero le ricerche di Louis il quale stabilí « tosto la fusione di tutte le febbri continue « gravi in una sola, cioè a dire nella febbre « tifoide. LA DIMOSTRAZIONE DI QUESTA « GRANDE VERITÀ È SENZA DUBBIO UNA « DELLE PIÙ BELLE CONQUISTE DELLA « MEDICINA CONTEMPORANEA: dessa ha operato una vera rivoluzione nella antica piretologia, « poichè ha fatto vedere che le febbri continue gravi, « si diverse in apparenza, considerate da ognuno « come tante malattie distinte, erano in fondo e « nella loro natura delle malattie identiche non « costituenti che una sola affezione la quale a seconda delle circostanze poteva mostrarsi sotto « forme diverse » (2).

(1) Vid Inform. pag. 18 19

(2) *Grissolle* Ope. cit. pag. 15

56. Datam fidem exsolvisse videmur: febris *continua putrida* qua aegrota laboravit alia esse non potuit nisi typhoides, quod idem *Grissolle* confirmat ubi septem continuae febris species memorat « La feb-
« bre continua propriamente detta comprende sette
« specie differenti che sono; *la febbre effimera,*
« *la febbre inflammatoria, la febbre tifoide, il tifo*
« *d'Europa, la febbre biliosa* dei paesi caldi, *la febbre*
« *gialla* ed il *tifo d'Oriente* (1) ». Facillime per semetipsos PP. AA. *exclusionis* argumentum instituent atque evolvent ut, vel una morbi inspecta duratione, in typhoide febri consistant: « imper-
« rocché » docet idem auctor « se non si avessero
« nè le macchie, nè il meteorismo, nè lo stupore,
« nè le epistassi, nè le emorragie intestinali, dov-
« remmo tuttavia, per la sola considerazione della
« *durata della febbre* presumere che si tratti di
« una affezione tifoide. *Chomel* ha infatti con molta
« ragione stabilito nella sua *Patologia generale* che
« una febbre acuta persistente al di là dell'ottavo
« giorno, e che sino a quest'epoca, dopo fatte e
« ripetute delle esplorazioni metodiche, non abbia
« presentato alcun segno locale di una flemmasia
« abbastanza intensa, per darle spiegazione dovrà
« essere riferita alla malattia tifoide, almeno nel
« nostro clima e nel corso usuale del nostro stato
« sanitario (2). » Fortasse aliquis quaerat ac subdubitet num reginae medici adhibuerint illas « esplorazioni metodiche » ut cognoscerent an febris esset symptoma alicujus interni morbi, alicujus internae phlogosis. At qui ista quaerat, rem profecto nostram ageret ponens aliquem latuisse interius morbum qui febris causa esset. Cumque Regina

(1) Summ. pag. 16.

(2) Oper. cit. pag. 29

extemplo convaluerit, majorem usque vim et splendorem adderet repentinae sanationi.

57. Attamen ex duratione diuturniore prae eo quod re-
Animad. centiores affirmant, argumentum contra assertam
typhoides naturam depromere Censura studet, et ad
§§ judicium appellat Doctorum Parisiensium quos de suo
41, 42, morbo regina interrogaverat. Duabus vicibus id
43 factum patet ex Actis: primum, morbo ipso perdurante, uti constat ex testimonio Ludovici de Aquin « consultationes quoque factae Parisiis *quae fe-* « *brim ad sexagesimum diem criticum persevera-* « *turam judicabant*: » secundo, post obtentam sanationem, uti testatur Lucas Fabronus: « responsum habuit a doctoribus medicis (Parisiensibus) « quod *quandoquidem febris illa durasset per dies* « *quadraginta quatuor*, non poterat cursu naturali « durare minus quam ad dies sexaginta. »

58. Eorum medicorum judicium in theoria dierum *criticorum* quae adeo apud veteres invaluit, fundamentum habet, erroribus, ut plurimum, obnoxia: « Quanto a' *giorni critici* » (legimus apud Iaccoud) (1) « l'oscurità è maggiore . . . . . Senza « affaticare la mente in vane ipotesi ci limitiamo a « chiudere questo tema colle seguenti parole del « Gorter « *constantes mutationes sunt petendae ex* « *materiae morbi natura, quae eodem modo, ut* « *plantarum semina certo tempore ad maturita-* « *tem veniunt, florent, et ferunt fructum: solum-* « *modo restat sedulo perscrutari an non possimus* « *ex observationibus practicis* critico*s* dies *magis* « *firmare, et ab erroribus qui ex praepostera* « *theoria irrepserunt, depurare* ». Coeterum, uti legimus apud *Grissolle* (2) « *Chomel e Genest*

(1) Vol. I pag. 112.

(2) Vol. cit. pag. 26.

« hanno dimostrato che la dottrina Ippocratica de' « giorni critici applicata allo studio delle febbri « continue non aveva alcun fondamento ».

59. Duratio febris qua regina laboravit ciclum excessit quo *medium* ejusdem terminum circumscribi auctores docent? Attamen ad sexagesimum diem persistere posse in Informatione monuimus, et a *Grissolle* accipimus « che i due termini estremi nei « quali la convalescenza puó essere osservata, « sieno dodici ed *ottanta* giorni (1). » Verum de probabili alicujus morbi duratione judicium sane ferri non potest praescindendo ab idonea vel minus curationis methodo. Cognita ac perspecta modo *typhoideae* natura sane efficit ut apta adhibeantur remedia quae breviores illi, prae eo quod antiquitus usuveniebat, terminos constituunt. Ea si e contra inopportuna fuerint atque etiam noxia, fieri non potest quin morbi cursus diuturniore ac latiore ambitu contineatur.

60. Gravem itaque fuisse morbum cum neque Censura ipsa in dubium revocaverit, et continua quadraginta quatuor dierum ac noctium febri constitisse illum certissimum sit, hoc unum nobis proponebatur ut de intima illius febris natura aliquod ad suadendum idoneum proferretur argumentum. Si illud praestitimus ut febris *continua putrida* nonnisi typhoidea debeat judicari, muneri nostro satisfecisse videmur. Neque etiam obliviscendum esse videtur aliam medico qui morbum curare debeat, aliam AA. Patribus quibus de ejusdem gravitate est ferendum judicium, inquisitionem proponi. Primus quidem judicium suum ad specificam et univocam morbi indolem circumscribat oportet ut medelas adhibeat opportunas, aliis vero, ni fallor, licet in paulo ampliore latitudine spatiari dummodo tamen

*Animad. § 44. ad fin.*

(1) Vol. cit. pag. 28.

de morbi genere constet ejusque gravitate. Pone enim factum hocce duobus ante saeculis fuisse in disceptationem vocatum: num minus de miraculo constare dicendum fuisset si ea febris aliis *putrida*, aliis *biliosa*, aliis *mucosa* visa esset? febris semper fuisset eaque sane gravis cujus instantanea ac perfecta, viribus illico restitutis, sanatio, naturae opus esse non poterat. Haec vero dicimus non quod non satis constet de febris natura, sed ne Peritus noster accusetur perinde ac de morbi natura inquisitionem spernendam judicaverit cum inquit « la « natura del male *ha un valore secondario* dinanzi « all' esito insperato e imprevisto del medesimo, la « guarigione cioè istantanea e completa avvenuta « in una donna di 59 anni, che da 44 giorni era « affetta da febbre, e che da un mese e mezzo « non dormiva nè si nutriva! » His enim verbis miraculi rationem magis in sanationis modo, ut est tertii eorum generis, collocavit.

61. Verum febris quae dies quatuor et quadraginta remediis omnibus superior evadit, si non impossibilis, saltem difficilis curationis sese praebet, et omnia atque exquisitissima, habita ratione temporum, adhibita pro reginae valetudine fuisse tenendum est. Eam vero febrim, *gravem* non dixeris morbum et *vehementem* ut Benedicto XIV satisfacias ea quaerenti in infirmitatibus quarum sanationes inter miracula possint recenseri? Ipse sane *putridarum* et *malignarum* febrium sanationes inter miracula adnumerari posse, qnibusdam positis circumstantiis, scriptum reliquit exemplisque allatis confirmavit. Has vero conditiones in proposita specie adesse in praevia Informatione declaravimus.

62. Postrema animadversio quae responsionem vix mereri posse videtur, respicit captata quaedam in Periti voto verbuscula quae ejusdem animum in miraculi opinione haud satis firmum Censurae por-

tendere existimat. Quem sane animum si vir egregius fovisset, is profecto, pro sua religione, calamum a scribendo continuisset, et Postulatoribus petentibus *super altero miraculo* suffragium, operam suam denegasset. Jamvero illa verba « e non « sembra agli AA. PP. meraviglioso tuttociò? » atque alia « un alcunchè di strano, un alcunchè « che esce dall' ordine naturale delle cose » quid aliud praebent nisi italice reddita illa quibus utitur Ben. XIV « ad naturam et essentiam miraculi « pertinet ut sit *aliquid arduum et insolitum et « admirandum?* » Poterat sane inflare buccas, rethoricis schematibus immittere habenas; minus tamen id sapientem virum decuisset qui satis habuit sententiam suam sobrie enunciare Benedicti XIV latinae locutioni vulgaris sermonis periphrasim per interrogationem accomodans.

63. Diffidere autem AA. PP. sapientiae viderer eisque injuriam quodammodo inferre si serio existimarem veri nominis concessionem ipsos introspecturos in aliis, quae a Censura proferuntur, egregii Periti verbis « *si conceda pure* etc. » Nihil enim aliud ipsa significant nisi « *etsi concedi velit* » « *demus parumper* » et his similia, ex quibus minime extenuatur, imo magis augetur vis eorum quae sequuntur, quaeque cum sanationem subitam perfectamque, remediis incassum adhibitis, defendant, a *gratiae* quam in postremo Animadv. capite insinuare Censura studet, conceptione alienissima apparent. Sunt prae oculis interrogatoria a Censore Amplissimo in Processu quodam recentissimo exarata, in eisque legimus « gratiam esse naturae « opus a Deo adjutae, miraculum vero a sola Dei « omnipotentia, *saltem quoad modum,* provenire ». Et quid aliud Peritus noster affirmat nisi hoc ipsum quod Censura docet, sanationem Reginae esse inter miracula, *ratione modi*, accensendam?

63. Propositis igitur miraculis accessuras AA. PP. propitias sententias confidimus idque una cum vigilantissimo Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Postulatore Generali P. Roderico a S. Francisco Paulano obsequenter flagitamus.

Die 20 Octobris 1911.

ALOISIUS TOESCHI Adv.

ADULPHUS GUIDI

**REVISA**
**ANGELUS MARIANI S. C. ADV.**
**S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor.**

[illegible]

90. Propositio [illegible] A. [illegible] gratiis sententiis [illegible] laetificante [illegible] Cardinalis [illegible] Postulatore Generali P. [illegible] S. [illegible] Pauluzzo [illegible]

Die 20 Octobris 1914.

[illegible]

[illegible]

MARQUÉS DE SAN JUAN DE PIEDRAS ALBAS

BIBLIOGRAFÍA TERESIANA

SECCIÓN X

Libros escritos sobre Carmelitas de la Reforma Teresiana.

Número 2613 | Precio de la obra......... Ptas.
Estante 118 | Precio de adquisición. »
Tabla 5 | Valoración actual....... »

2613.

ANNAE
DE S.
BARTHOLOMAEI